

tato; quibus datur iurisdicção contra silentarios, & apparitores, nè abstrahantur à debito seruitio. Erit enim duplex solutio: prima, quòd intelligi debent circa ea quæ concernunt eorum officinm; vt paulò ante probauimus. Secunda erit: quòd saltem leges illæ tribuerint iurisdicçãoem cumulatiam, prout omnis iurisdicção à lege data, sic iudicanda est: vt plenè probauimus *sup. num. 35. ex l. 1. C. de off. pref. vrb.* Et sic fuisse locus præuentioni, ex theorica *Bald. in l. neganda, not. 3. C. qui accus. non poss. cõmuniter recepta, vt per Vinc. de Franch. in dec. 147. Ex quibus decisio illa 36. Dom. de Pont. vacillat: quia delictum erat commune, & M. C. Vicariæ præuenerat in captura personæ. Vnde in facti contingentia maturius cogitetur. Et post hæc scripta reperi Cancerium sic decidentem de iure communi, in *lib. 3. var. resolut. cap. 13. de iuribus castr. num. 121.* etiam si delinquens esset delegatus Principis: & allegat plures Doctores.*

41 Est autem aduertendum: concessionarios iurisdictionum in certas personas, vel ratione certæ qualitatis, puta artis; vel ratione rei, vt feudi: non posse cognoscere, an sua sit iurisdicção: si subditus neget se subditum: sed ordinarius iudex decernet, *glos. in cap. 1. de inuest. in marit. sac. vbi Bald. notat pro singulari. Ceterosque coaceruat Dom. de Pont. in decis. 33. num. 4.*

42 Sed dum de iurisdictione acquisita ratione feudi, verba fecimus: non ab re erit, inuestigare: quam iurisdictionem acquirat dominus in vassallum ex infeudatione? nam certum est, ex infeudatione dominum acquirere iurisdictionem in vassallos, *l. Imperialem §. præterea si. inter duos, de prohib. feud. alien. per Erid.* Respondeo, non esse eandem iurisdictionem ortam de iure gentium, qua subiiciuntur homines Regi, eiusque officialibus, & concessionarijs: sed diuersam: patet ex *Innoc. in cap. ceterum, num. 4. de iudicijs, ibi, & hæc sunt vera, vbi tantum est dominus feudi, & non iudex: vel vbi certa res est infeudata, & non iurisdicção.* Si enim potest quis esse dominus feudi, & non iudex: & vt dominus iudicat de re infeudata. Sic quoque potest dari casus, quòd sit infeudata res, & non iurisdicção: & sic non est tunc acquisita iurisdicção ex infeudatione. Ergo non est eadem, sed quid diuersum. Sequitur *Innoc. in vers. quia si iurisdicção sit infeudata; tunc cognoscet ipse de omnibus causis etiam ordinario iure: & ponit exemplum in infeudatis ab Imperatore, pænes quem residet iurisdicção*


iurisdicção iuris gentium. Loquitur deinde *sub num. 5. de infeudato à domino, qui non habet iurisdictionem iuris gentium: patet, dum dicit in vers. nam cum alio iure dominus feudi non habeat iurisdictionem super vassallum, nisi lex feudorum concedat: nisi ex illa lege agatur sub eo, aliter agi non potest.* deinde *sub num. 6. vers. & nota, docens naturam, & qualitatem huius iurisdictionis ortæ ex infeudatione facta ab eo, pænes quem non residet iurisdicção iuris gentium: dicit, & nota, quòd nunquam vel raro si agatur conditione ex l. feudorum, imponitur pæna alia, nisi amissionis feudi, vel alia super re feudali. Si autem coram ordinario agitur, & iure communi: pæna legis, siue corporalis, siue alia imponitur.* Ex hac theorica *Innoc.* clarè docemur, iurisdictionem datam domino feudi à lege feudali in vassallum, qui aliàs non est subditus domino, nisi ratione rei feudalis; non esse supra personam vassalli ad pænam corporalem, vel aliam, puta pecuniariam, exilij, & cæteras iuris communis: sed tantum esse ad pænam *l. feudalis*, scilicet amissionis feudi, vel alia eiusdè *l. scilicet* sequestratione possessionis rei feudalis contra contumacem, de qua *in cap. 1. de milit. Vass. qui contum.* Feudatarius enim non obligat personam suam, nisi quoad feudalia, & quatenus se feudum extendit: dicit *Iacobus. de Franchis*

43 *in precludijs feud. num. 143. ex Speculat. & Mart. Lauden.* Hinc communis se habet opinio Doctorum: à subdito ratione feudi tantum non committi erimen lætæ Maiestatis, *Card. post alios ibi in Clem. pastoralis, vers. denique, de re iud. Boss. de crim. les. Macieft num. 106. & de communi testatur Iul. Clar. in §. læsa Maiestatis, vers. vidi quandoque, cæteros DD. coaceruat Fabius Anna in cons. 67. num. 30. & de hac iurisdictione ratione qualitatis feudalis, scribit Rosental. de feud. cap. 12. concl. 1. 2. & seq.* Et hac de causa de iure communi feudorum, quilibet habens liberam administrationem bonorum suorum, potest infeudare: quia non acquirit iurisdictionem illam iuris gentium super persona vassalli, quam habet Rex, & successiuè eius concessionarij. Et conclusio prædicta probatur *in cap. 1. vers. noui verò, sup. per quos fiat inuest. Curt. de Feud. par. 2. in 4. quest. princ. ceteros coaceruat Liparut. in addit. ad And. in cap. 1. de his qui feud. dar. poss. Nec responsio data ad illum tex. à Camillo de Curtis in suo diuersorio fol. 4. num. 14. est vera, scilicet quòd loquatur in subinfeudatione: siquidem ibi datur regula nouæ & veteris inue-*

44 inuestitura: nec vnū verbum de subinfeudatione. Limita cōclusionē in feudo ligio, quo persona subditi totaliter submittitur iurisdictioni domini, cuius est ligius, & in consequentiam bona eiusdem: itaquod de omni actione contra eum mota, etiam extra feudum, possit dominus cognoscere. Hinc dicitur ligius, quia ligat totaliter personam suam, & facit se hominē eius cui iuravit: exceptis bonis quæ ab alio tenet in feudum, *Reg. de Pont. in decis. 33. num. 12.* allegat concordantes. Et hac de causa, est magna dissentio inter Doctores, num quis possit esse ligius duorum? vt *ibidem* refert *num. 20.* & ego concurro potius cum negatiua: quia non potest quis esse duorum in solidum, *ff. commod. l. si vt certo, S. si duobus vehiculum*: & pro hac opinione, *Iacobus de Franch. in prælud. feud. n. 138. citat And. Bal. & Aluarot.* Et hac ratione, ligium iuramentum præstatur à subdito Regi suo tantum, scilicet non recognoscēti superiorem; quia iurat contra omnem hominem nullo excepto, secundum *Iacob. Pomer. de feud. deca. 3. concl. 5. & Iacobus loco cit.* Hinc subditus Regi nostro, non posset fieri ligius Regis Francorum, *Capyc. in inuest. feud. in verbo, ligium, vers. in forma fidelitatis: Lipar. ad And. in cap. 1. col. 5. vers. domino Regi, sup. de nou. form. fidelit.* Nisi subditus exeat de Regno: quo casu exitur à iurisdictione Regis: vt diximus *sup. in verbo Angaria, num. 7.* si feudum non tenet: ceterum si tenet feudum: refutet Regi volenti: quod si renuat Rex acceptare, corruet refutatio, secundum *Bal. & Mart. Laud. quos refert Iacobus, loco citato, num. 145.* cum omnia feuda Regni nostri sint ligia, *Dom. de Pont. dec. 19. num. 7.* Sed de hac quæst. latius *infra de Regal. offic. num. 55.*

45 Demum, iurisdictionem tribuit consuetudo, *C. de emancipat. liber. l. fin. iuncta glos. in verb. consuetudine; & C. de diuers. offic. l. viros, lib. 12.* videamus, an sit priuatiua, vel cumulatiua? *Vrsill. in addit. ad Affl. dec. 41. num. 4. vers. tunc cum ex consuetudine habeat, non videtur derogatum ordinaria:* existimat esse cumulatiuam. Comprobatur ex cōclusionē *supra, num. 35.* scilicet iurisdictionem à lege datam, præsumi cumulatiuē. Est tamen fortior iurisdictione data ex consuetudine, quàm à lege communi: cum requiratur specifica derogatio illius; aliàs si generalis est, refertur ad iurisdictionem legis communis, non autem consuetudinis: *Aymon Grauetta de antiquit. tempor. par. 1. num. 41. ex Bar. in d. l. viros. per illum*

ux. Actamen ex circumstantijs sub quibus præscripta est iurisdictione hæc consuetudinaria, facilius deduci poterit, an priuatiua, vel cumulatiua sit. vt enim diximus *supra num. 23. & 24.* requiritur tempus annorum triginta sub qualitate feudali, scilicet præstando seruitium Regi pro ea, vel annorum centum, seu tempus memorabile, si absque qualitate feudali, sed liberè possessa sit. Et tunc attendemus, an cumulatiuè ad ordinariam iurisdictionem generalem possessa sit: scilicet si vicissim præueniendo processerint: An verò priuatiuè, scilicet si ipse solus Iudex consuetudinarius iudicauerit.



S V M M A R I V M

- 1 Officia Ministerij iurisdictionalibus, appellantur militia in Romanis legibus; & sunt vilia. & num. 7. & 24.
Militiæ quid sint? & sub num. 7. & 24.
& quotuplex sint? d. num. 24.
Officiorum ethymologia, & num. 5.
Officiales deseruientes iurisdictionalibus, non sint magistratus.
Officia ministerij num inter Regalia numerentur?
- 2 Officiorum Regalium dominium est Regis, administratio tantum concessionarijs concessa dicitur: nisi in feudum concessa sint: tunc vile dominium est feudatarij, declara vt num. 7. 20. 21. & 43.
Officia in feudum num concedi possint?
Regalia in Officium concessa, non transferuntur ad heredes.
Regalium omnium dominium est Regis, & num. 30.
Officium, & administratio sunt idem.
Officio concessio, solus titulus administrandi transfertur. est tamen plenior cæteris titulis, num. 3.
Officia Regalia Princeps tantum concedit.
Officia Regalia locari, nec exerceri possunt sine licentia Principis.

Officia-

3 *Officiales seruire debent de persona, & iurare de exercendo fideliter, nec substituere possunt sine licentia Principis.*

Officia vendi non possunt.

Officiorum prouentus sunt concessionarij exercentis.

Vsusufructuarius non possidet.

Officium num dici possit nostrum, cuius titulum habemus.

Officium naturaliter possidet concessionarius, & vitur interdictis possessorijs.

Officiales vtuntur possessorijs interdictis ad defensionem officiorum suorum.

Possessoria interdicta num dentur pro officijs concessis?

Venditor num teneatur tradere rem venditam, an vero soluendo interesse liberetur?

Officij concessionarius habet ius in re.

4 *Hipoteca subiectum quod sit in officijs?*

Hipoteca radicitur super dominio.

Assensus Regis in officijs quid operetur?

Vsusufructuarius num obliget usumfructum?

Assensu dato super hipoteca officij, num resoluatur hipoteca per mortem concessionarij officij?

Clausula solita apponi in assensu hipotecę officiorum.

5 *Officium quid sit? & est duplex: merum, & mixtum.*

Officium est personale, non transmissibile ad heredes.

Officium concessum ad decem annos, num intra tempus si moriatur, succedat heres in residuo temporis?

Officio concessio in perpetuum, quomodo interpretetur concessio?

Officij natura que sit, & num alterari possit?

Officiorum concessionis formula diuersę. & num. 26. & 27.

Naturalia contractus alterari possunt, substantialia nequaquam.

Accidentia non immutare naturam

actus, quomodo interpretetur?

Contractus num transformari possit in alium contractum?

6 *Officio concessio pro heredibus, num de primo herede intelligatur? Quid si pro herede concessum sit? ibidem. & num restringatur ad descendentes corporis? num. 7. & 8.*

Tex. in l. Antiquitas, C. de usufruc. discutitur.

Argumentum ex usufructu ad officium, num sit validum?

Tempus in officijs est de naturalibus, in usufructu de substantialibus.

Heredis appellatio quos comprehendat? & quomodo interpretetur in officijs. & num. 7. 16. 19. 25. & 28.

Feudo concessio, vt frater concessionarij succedat: num succedet filius fratris?

Dispensatio quomodo interpretanda? & sub num. 7.

Tex. in l. immunitates, ff. de iure immunit. expenditur.

Vrbum generale quomodo concipiatur? Priuilegia non admittunt argumentum a paritate rationis.

7 *Officio concessio pro heredibus, num restringatur concessio ad descendentes corporis? & num. 8.*

Verbum, haeres, in re non transmissibile ad heredes, quomodo interpretetur?

Bart. difficilis theorica expenditur & declaratur.

Officia alterata pro heredibus, num retineant naturam feudorum? & num.

8. vsque ad num. 15.

Iuramentum fidelitatis, & iuramentum de fideliter exercendo officium, differunt.

Personę industria electa non dicitur in concessione alterata pro heredibus.

Quid in facultate nominandi successorem in officio? num. 44.

Officiorum dominium quo casu transferatur in concessionarium? num. 20.

Proprietas cedit ei, qui habet perpetuum usum rei.

Tex. in l. omnimodo, S. imputari, C. de inoff. testam. declaratur.

Tex.

- Tex. in l. fin. C. de pignor. declaratur. & num. 24. & limitatur num. 33.*
Affensus Regis non requiritur, quoties in inuestitura data est potestas alienandi.
Officium à patre emptum filio, num imputetur in legitimam filij.
Clausula, ex corpore descendentes, non presumitur in concessionibus.
Officia concessa cum potestate alienandi, vel pro heredibus, non requirunt assensum Regis in dispositionibus ipsorum.
- 8 *Regalia num strictiorem naturam habeant feudis, & immunitatibus concessis?*
Immunitas concessa tibi, non includit liberos; & alterata pro liberis, excludit feminas.
Argumentum à paritate rationis, non fit in privilegijs & stricta materia.
- 9 *Frater num succedat fratri in Regalibus acquisitis à communi stipite? Quid in officijs? ibidem. & num. 14.*
Sucessio in Regalibus num regulari debeat à successione in feudalibus?
Decisio Capye. 77. num. 12. declaratur.
Officia alterata pro heredibus, num regulentur legibus Romanis, an feudalibus in successione? & num. 61.
- 10 *Cap. Regni, incipit, ex presumptuose, late expenditur: & num prescribat sibi vim in officijs concessis pro heredibus? Quid in subfeudis? ibidem.*
Frater num dicatur aperto iure succedere fratri? iuxta dispositionem cap. Regni nostri, quod incipit, ex presumptuose.
Inuestitura prima num exhibenda sit à successore petente veterem inuestituram?
Sequestrum in feudalibus quando fieri possit per Fiscum, mortuo feudatario sine liberis? quid in subfeudis que tenentur à Barone? ibidem.
Feudatario mortuo, successor petens renouationem inuestiture, quid probare debeat?
- 11 *Argumentum à feudis ad officia, num sit validum? & num. 14.*
Reuocatio contractus ex conslitu. constitutionem diuę memorię, num prescribat sibi vim in officijs? & num. 13.
Regalia in administrationem collata, extinguuntur morte.
Officia in feudum concedi possunt, si certos redditus habent, alias non.
Feudum camerę, & canneę, quid sit?
Regalia diuersimodè conceduntur.
Regalium successio num detur in heredes concessionarij?
Emphyteusis legibus feudalibus non regulatur.
Argumentum de feudo ad emphyteusim num sit validum?
Contractus ex similitudinibus inter se, non iudicantur idem.
Naturam vnus contractus communicare alteri, est vis & potestas legis. & num 14.
Beneficij nomen generale est, ad feuda, officia, & Ecclesiastica beneficia.
Argumentum de specie ad genus num sit validum?
Species quid sit?
Officia num habeant strictiorem naturam feudis, & in quo differant? & num. 13. & 74.
- 12 *Officia alterata pro heredibus, num in persona heredum sint noua, ita quod illa habeant ex propria persona?*
Successor in officijs num adstringatur oneribus prædecessoris? & num. 26.
Concessio facta tibi & heredibus, qualitate hereditariam requirit in successore: cum limitatione, ut ibidem.
Vsufuctus concessus tibi & heredi, habet vim hereditarij in persona heredis.
Hæredis verbum alteratur in sui propria significatione ex mente testatoris.
- 13 *Constitut. Diuę memorię, num prescribat sibi vim in officijs.*
Affensus Regis difficilius conceduntur in dispositionibus officiorum, quam feudorum.
- 14 *Officia num retineant naturam feudorum? Quid si concessa sint tibi & descendentes corporis? Quid si reperi-*
 rian-

- riantur registrata in quinternionibus Regie Camera, in quibus registrantur feuda?
- Assensus ex gratia Regis Catholici super feudis in beneficium dotium mulierum Neapolitanorum, num comprehendat officia? cum ampliationibus, & limitationibus.
- Assensus datus super hipoteca feudorum, num comprehendat officia?
- Concessio subintelligitur facta secundum leges Regni, in quo sita est res concessa.
- Assensus concessus ex d. gratia Regis Catholici dotibus, num comprehendat interesse ob retardatam solutionem dotium?
- Assensus num retrotrahatur in preiudicium tertij?
- Tex. in l. qui balneum, & } ff. qui pot.
Tex. in l. potior, }
in pig. hab. subtiliter discutiuntur.
- Causa quando dicatur finalis, & quando impulsiva..
- Cap. Regis Catholici, 20. & 21. ampliantur & limitantur.
- Causa expressa in assensu, restringit, & ampliat assensum.
- Assensus d. Regis Catholici dotibus concessus, num sit subsidiarius?
- 15 Forma iuris, non priuilegiorum seruanda, quid significet?
- Linea collateralis in Regno nostro succedit etiam in Regalibus, & officijs alteratis pro heredibus.
- Consuetudo regionis attendenda in concessionibus.
- 16 Femina succedit in officijs alteratis pro heredibus. & sub num. 17. Quid de iure communi? num. 17.
- Decisio Vinc. de Franch. 627. declaratur.
- Concessio declaratur ex natura rei concessa.
- Femina num capax iurisdictionis sit?
- Tex. in cap. dilecti filij, extra de arbitr. subtiliter expenditur.
- Femina seruit per substitutum in his, in quibus ex verecundia sexus seruire non potest de persona.
- Industria personę in quibus negotijs electa dicitur? & num. 23.
- Seruire per substitutum num possit concessionarius? & num. 18.
- Clausula, cum potestate seruiendi per substitutum, quid operetur?
- 17 Femina num nominari possit in officijs ab eo, qui potestatem nominandi habet?
- Officia exercere qui possint?
- Femina num succedat in feudis?
- 18 Rex num certiorari debeat a substitute, qui habebat potestatem seruiendi per substitutum?
- Substituens in exercitio officij, num certiorare debeat Regem de persona substituenda?
- Persona substituendi in officio, quas qualitates habere debeat?
- Tex. in l. 1. S. a prefectis, ff. de leg. 3. discutitur.
- Officiales iurisdictionis num creare sibi possint locumtenentes?
- Assensus domini num requiratur in feudis, vel emphyteusi, alienandis, data potestate alienandi in prima inuestitura? & num. 24.
- Subinfeudatio fit irrequisito domino: corrumpitur autem, si fiat non equę digno.
- Substitutus in exercitio officij, si sit inhabilis, remouetur a Rege.
- Substituendi facultas in exercitio officij, num exprimenda sit in priuilegio, an verò sufficiat implicita & relativa ad priuilegia prædecessorum, cum clausula, si & prout tui prædecessores tenuerunt?
- Officiales non possunt seruire per substitutos, absque expressa licentia Regis. Relatum est in referentia, cum omnibus suis qualitatibus.
- Clausula, si & prout prædecessores Barones, vel officiales tenuerunt & possederunt: quid operetur?
- Tex. in l. cum de lanionis, d. fin. ff. de fund. instruc. leg. subtiliter expenditur.
- Certum quid sit?
- Regalia insolita concedi, requirunt specificam

- ficam concessionem, non per relationem ad aliud: cum limitatione.*
- Priuilegium cum clausula, si & prout &c. declaratur ex possessione prædecessorum Baronum. cum limitatione ut ibi.*
- Clausula relatiua ad priuilegium, vel scripturam, iuncta cum alia clausula, cuius tenor habeatur pro expresso, ac si de verbo ad verbum &c. operatur vim specificæ concessionis?*
- Clausula solita apponi in assensibus Regis, scilicet quoad expressa tantum, reddit inefficacem clausulam, si & prout prædecessores tui tenuerunt & possederunt.*
- 19 *Heredes extraneorum succedant in officijs alteratis pro heredibus?*
- 20 *Dominium officij alterati pro heredibus, est concessionarij.*
Dominium bonorum Ecclesiasticorum cuius sit?
- 21 *Officia alterata, quo casu excadant Regi?*
Officij administratione concessa, num. dominium transferatur in concessionarium?
Officio commendato, quid transferatur in concessionarium?
- 22 *Officio simpliciter concesso quid transferatur in concessionarium?*
- 23 *Officia locari sine Regis licentia non possunt: cum limitatione ut ibidem.*
- 24 *Officia num. hipotecari possint sine Regis assensu? Quid in Regno nostro? num. 25.*
Natura quo tempore detur contractui? Assensus Regis in quibus contractibus requiratur?
- 25 *Heredis appellatio quos comprehendat?*
Constitutio Regni, scire volumus, declaratur & limitatur. & sub num. 79.
Vsusfructus officij num. possit legari? & num. requirat Regis assensum? cum declarationibus: ibidem.
Feudo legato sine domini assensu, num. debeatur extimatio?
- 26 *Officium concessum cum facultate nominandi heredem, cuius nature sit?*
- Nominandi successorem in officio facultas quid sit, & quem effectum producat? & num. 27.*
- Nominatus in officio num. grauari possit à nominante? & num. 42.*
- Tex. in l. cum pater S. Hereditatem, ff. de leg. 2. expenditur. & num. 53.*
- Tex. in l. ex facto, S. si quis rogatus, ff. ad Trebell. discutitur. & num. 53.*
- Deportatus num. nominare possit? & que amittat per deportationem?*
- 27 *Inuestiturarum formula diuersæ in officijs.*
Nominandi successorem in officijs diuersæ formula, & earum effectus.
Feudum ex pacto non hereditarium, num. habeat vim hereditarij respectu primi acquirentis?
- Officia alterata absque qualitate hereditaria, num. respectu primi acquirentis habeant vim hereditariam? & num.*
- 28 *Donatione facta tibi & filijs, num. filij adstringantur esse heredes patris primi acquirentis? discutitur articulus subtilissimè de Iure Romano.*
Pater stipulans pro filio, num. in dubio stipulari dicatur ut heredi?
Donatio facta patri & filijs, intelligitur ordine successiuo, scilicet filijs post mortem patris? & num. 34.
Actio que acquiratur filio ex stipulatione patris?
- Tex. in l. Auus, ff. de pactis, declaratur.*
- Filius num. adstringatur esse heres patris in acquisitis ex stipulatione patris?*
- Operæ libertorum num. transeant ad heredes extraneos patroni?*
- Operæ libertorum duplicis speciei.*
Successio libertorum non defertur ad extraneos heredes patroni.
- Pena liberti pro reuerentia non exhibita patrono, que sit?*
- Feudum concessum tibi simpliciter, num. sit hereditarium in filijs?*
- Tex. in l. cum patronus, S. cum libertus, ff. de oper. libert. expenditur contra Camerar.*

Tex.

- Tex. in cap. 1. An Agnat. num prescribat sibi vim in allodialibus? Quid in emphyteusi? ibidem. Item num habeat locum decedente patre feudatario ab intestato?*
- Feudales consuetudines num in casibus non decis per Romanas leges, allegari possint ad decisionem causarum in allodialibus?*
- Filiorum cautela de conficiendo inuentario in feudo ex pacto non hereditario.*
- Iacob. de Bellovis. magna autoritatis in feudis, cum octo vicibus interpretatus sit librum feudorum.*
- Filius num possit repudiata hereditate patris reinere legitimam?*
- Filius num grauari possit in legitima?*
- Legitima num sit quid hereditarium pgenes filium?*
- Inuentarium proficit in re hereditaria.*
- 29 *Feudum hereditarium, filius, vel agnatus immediatè successurus, num capiant cum qualitate hereditaria, ita quod efficiantur heredes defuncti feudatarij, qui instituit heredem extraneum, vel non immediatè successurum agnatum?*
- Successor in feudo hereditario, num sit heres in feudo quod capit contra voluntatem defuncti feudatarij?*
- Feudum hereditarium num obtineri possit a successore vocato ex lege inuestitura, absque institutione heredis facta à defuncto feudatario?*
- Heres feudi, & heres personæ feudatarij defuncti, num sint quid diuersum?*
- Hereditaria qualitas quomodo insit feudo hereditario?*
- Hereditaria qualitas est potentior sanguine in feudo hereditario.*
- Glossa difficilis in constit. ut de successio-nibus, declaratur.*
- Dictio, potius, & dictio, magis, quid significent?*
- Feudum ex pacto non hereditarium, num sub iudicio petitionis hereditatis includatur in beneficium extranei heredis ad consequitionem detentionis illius?*
- Heredem in allodio, & heredem in feudo, & sic duos heredes potest feudatarius habere, & uterque tenetur contribuere per 6s & libram ad solutionem debitorum.*
- Tex. in l. sed si conditioni, §. fin. ff. de hered. inst. discutitur.*
- Libertas hominis non est in bonis, quia non cadit sub dominio.*
- Libertas hominis per seruitutem non extinguitur, sed obtenebratur quoad effectus illius.*
- 30 *Filij num grauari possint à patre in his, quæ pater acquisiuit pro se & filijs? & num. 31. cum seq.*
- Pater num possit nocere filijs delinquendo, vel alienando ea, quæ sibi & filijs concessa erant? & nu. 31. 35. & 37. limita, ut d. num. 37. in fine.*
- Tex. in l. 3. ff. de interd. & releg. subtiliter expenditur.*
- Libertorum iura patronis, eorumque filijs debita, quæ sint? & num pater nocere possit filio in his? sub num. 31.*
- Delictum patris num noceat filijs? & num. 52. & 53.*
- Liberti assignatio num à patre fieri possit vni ex filijs, ad exclusionem aliorum filiorum?*
- Operæ libertorum non excedunt primum gradum liberorum manumittentis; & sic non prestantur nepotibus.*
- Legatum factum nomini appellatiuo designanti certum ministerium, puta ciuibus, debetur Ciuitati, non personis singularibus ciuium.*
- Filius adoptiuus num grauari possit à patre in quarta sibi debita ex constitutione Diui Pij?*
- Tex. in l. sed si plures, §. in arrogato, ff. de vulg. & pupil. subst. expenditur.*
- Pater num possit substituere pupillari-ter, vel per fideicommissum, filio in his, quæ non iudicio seu beneficio patris debentur filijs? sit distinctio ut ibidem.*
- 31 *Donata Patri & filijs, solius patris contemplatione, num sint hereditaria penes filios? Item num pater possit filios grauare in his? & nu. 34. & 35.*

- Libertus non tenetur patrono ad operas fabriles seu artificiales, nisi in manumissione promissæ sint.
- 32 Pater debet specificè grauari filium in acquisitis pro se & filijs, sola contemplatione sui: ceterùm si illos instituat heredes, non dicitur grauari.
- Instrumentum via ritus M. Curia Vicarij, presentat is solus, cui directæ actio est acquisita.
- Cessionarius non presentat instrumentum via ritus M.C. Vicarij: & qua ratione?
- 33 Militiam ad emendam mutuans pecuniam sub hipoteca, num habeat illam obligatam?
- Officium emptum de pecunia creditoris, qui mutuauit ad emptionem officij, num sit hipotecatum pro pecunia mutuata.
- 34 Tex. in l. dotem dedit, ff. de collat. bonor. discutitur subtiliter, cum Tex. in leg. profectitia ff. de iur. dot. ac Tex. in l. Auus neptis, ff. de iur. dot. Profectitium quid sit?
- Officium emptum à patre filio in potestate existenti, propria pecunia patris, est patris.
- Tex. in l. sed si plures. S. in arrogato, ff. de vulg. & pupil. subst. declaratur?
- Patris contemplatione concessum, ex quibus circumstantijs colligatur?
- Donatum filio à consanguineis, num presumatur contemplatione patris donatum?
- Donata sponsæ à consanguineis viri, num sint donata contemplatione viri, an sponsæ?
- 35 Donantis interesse in quibus casibus concurrat? & num tunc possit patèr donatarius preiudicare filijs suis?
- Donatio tibi & liberis, non est vna tantum, sed multiplex, iuxta numerum personarum quæ succedent.
- Feudum primus acquirens num cum assensu domini nocere possit liberis?
- 36 Donatarius cum consensu donantis num nocere possit tertio, cui restituenda erat res sibi donata post mortem donatarij? Quid si notarius stipulatus sit pro illo tertio absente? num. 37. Quid si donatarius non consentit, sed solus donans reuocat? num. 37. in fine.
- Tex. in l. quoties C. de donatio. quæ sub modo, subtiliter expenditur, cum Tex. in l. 3. ff. de seru. export. cum Tex. in l. quesitum ff. eod.
- Donata rei dominium, num mortuo primo donatario, transeat in sequentem, cui post mortem primi prouisum erat, quòd esset donata: an verò detur actio ad tradendam rem?
- 37 Donans absenti, & notario stipulanti pro eo, num reuocare possit donationem antequam acceptetur? & num sufficiat tacita reuocatio?
- Notarius stipulans pro absente, quid illi acquirat? in proced. num. in fine.
- 38 Officio concesso tibi cum facultate nominandi successorem in d. officio: num nominatus sit heres in officio? & num. 42. in fine, & 43. Quid si dixit, tibi & successoribus? ibidem.
- Successoris appellatio quid significet?
- Verba sumunt declarationem à natura rei super qua proferuntur.
- 39 Officium acquisitum cum facultate nominandi vnum ex filijs, num ante nominationem patris in persona filij, dicatur acquisitum ius filio?
- Nominandi facultas quid sit? & num. 53. & 77.
- 40 Feudo concesso cum facultate nominandi successorem filium, num sit acquisitum filio ante nominationem?
- Nominandi successorem facultas concessa, num in feudis sit superflua? & num. 50.
- Nominandi successorem in feudis facultate concessa, num non facta nominatione, succedant ij qui vocantur à iure feudorum?

Feu-

- 41 Feudo concesso cum facultate nominandi successorem unum ex filijs, & nominatione facta; num ceteris fratribus exclusis debeat vita militia, & sororibus paragium?
Vita militia num debeat fratribus exclusis ex nominatione patris in personam unius filij in feudo? Quid in linea collateralis?
- 42 Nominatus in officio num grauari possit à nominante? & num. 43. in fine.
Legato fundo uni ex familia, quem heres elegerit: herede non eligente, cuius sit fundus?
- 43 Nominatus in officio num conueniri possit à creditoribus nominantis? Item num cogi possit ad vendendum officium, illis instantibus? in fine d. nu. 43. vers. sed hic occurrit vna.
Officium in persona nominati, num sit ut quid hereditarium nominantis? & num. 45. in fine.
Heres in officio, & heredes in allodialibus, contribuunt pro rata bonorum in oneribus.
Officio concesso cum facultate nominandi heredem, nominandus institui debet heres & nominari.
Heres in officio, vel feudo hereditarijs, num obligetur in subsidium creditoribus sine assensu.
Nominandus num institui debeat heres? an verò aequè principaliter cum herede allodij?
Sequestrum in fructibus officij hereditarij num concedi possit instantibus creditoribus sine assensu?
Officia alterata sed absque qualitate hereditaria, non habent vim hereditarij respectu primi acquirentis, sicut in feudis.
Feudum nouum non hereditarium, num habeat vim hereditarij respectu primi acquirentis?
Nominatus si instituat heres à nominante in officio, cuius natura non est hereditaria: adeat cum beneficio inuentarij, & illud conficiat.
Inuentarij beneficium in quo feudo profit?
- 44 Nominandi facultas num transmittatur ad heredem?
Nominandi facultas extinguitur nominatione non facta, & morte secuta.
Seruus num possit nominari in officio?
Nominatione num explicari possit per procuratorem ad hoc constitutum?
Nominandi facultas num extinguatur per mortem Regis qui concessit, antequam fieret nominatio?
- 45 Pupillus nominare num possit?
Nominandi facultas num explicari possit à pupillo?
Nominandi facultas competens infanti, num explicari possit à patre infantis?
- 46 Nominatione facta num reuocari possit à nominante, & fieri alia?
Nominatione premortuo nominanti, num possit iterum nominare?
- 47 Nominare num quis possit sub conditione aliqua?
Nominatione sub conditione facta, num possit sublata conditione nominare?
- 48 Nominans num possit substituere alium nominato?
Nominandi facultate concessa, quot vicibus possit nominare?
Nominatione facta nulliter, num possit iterum fieri?
- 49 Nominatione fieri potest quocumque modo, siue in scriptis, siue coram duobus testibus: nisi certa forma à Rege data sit. num. 50. in fine.
Nominatione corrumpitur, si forma à domino praescripta, non sit impleta in actu nominationis.
Ampliatio officij concessa ob pecuniam, num fieri possit in quemcunque habitum?
Allegatio Io. Vincentij Annae, 32. discutitur, & declaratur.
Tex. in l. cum seruo ff. de contr. empt. subtiliter discutitur.
Mandatum ut vendat Titio, num expleri possit in alijs personis?
- 50 Nominatus num dicatur heres institutus ab eo, qui facultatem nominandi habeat, si nominatio non reperitur specificè facta?

- Heres institutus ab eo, qui facultatem nominandi habet, num dicatur nominatus in officio, in quo specifica nominatio facta non est?*
Nominandi facultas concessa, interpretanda est ampliatiue, etiam alterando naturam in feudis, non in officijs.
- 51 *Nominati num dicantur succedentes ab intestato ei, qui facultatem nominandi habebat?*
Tex. in l. si pactum, ff. de probation. limitatur?
- 52 *Culpa patris commissa in officij administratione, num noceat successoribus?*
Officialis delictum commissum in administratione officij, num noceat successoribus?
Tex. in cap. si vassallus culpam, sup. si de feud. defun. milit. cont. sit, cum Tex. in cap. 1. si vassal. feud. priu. non prescribunt sibi vim in allodialibus.
Decisio Capyc. 121. impugnatur.
Nominantis culpa in officio commissa, num noceat nominato?
- 53 *Nominatio successoris in officio, num fieri possit post delictum commissum à nominante in exercitio officij?*
Nominandi facultas num extinguatur per delictum?
Delicta quæ extinguant facultatem nominandi? & num. 70.
Officij concessio, & priuilegium, num resoluantur ex delictis officialis in officio commissis?
Clausula solita priuilegiorum, scilicet quandiū benè te gesseris in officio, num habeatur pro apposta, si non fuit expressa? & num. 69.
Non inandi facultas acquisita pretio & pecunia, num sit irreuocabilis, etiam ex mala administratione?
Officium emptum non alteratur in sui natura ex pecunia data. & sup. num. 49. in fine.
Feudum emptum non alteratur in sui natura.
Mandatum reuocari potest ex iusta cau-
- sa superueniente, etiam si pecunia data sit ad illud obtinendum.*
- 54 *Nominatus num post mortem nominantis, placitari & inquietari possit à fisco, de delictis commissis à nominante? declarata ut in fine huius n. 54.*
Officialibus delinquentibus num sit imposita pena ipso iure à lege?
Pragmatica 48. tit. de offic. procurat. Cesaris, discutitur.
Officij priuatio ex delicto, est causa mere civilis.
Pena, si committenti idem delictum, à lege imponatur prima vice leuior, secunda vice grauior: num ad inponendam grauiorem penam, sufficiat commississe plura delicta. sed adhuc non punitum? Quid si habuit gratiam prima vice.
Heres pro delictis commissis à defuncto in officio, num conueniri possit?
Decisio 64. Dom. Regentis Rouiti, declaratur.
Administratio officij num interdicenda sit pendente inquisitione delictorum in officio commissorum?
Fiscus quo tempore inquisitionis contra officialem instare debeat pro suspensione administrationis?
Officij emolumenta num recuperentur, si suspensus officialis fuerit absolutus?
Salarium officiali suspenso & absoluto num debeatur?
Officiales suspensi ad certum tempus, num elapso tempore possint reassumere officium sine licentia superioris?
Officialis inquisitus si aufugerit & se absentauerit, num uti contumax habeatur pro confesso, & priuari possit officio?
Praxis citandi officialem absentantem se ab officio.
Feudatarius contumax. num priuari possit feudo?
Tex. in cap. 1. de milite vass. qui contumax est, expenditur,
Delicta l. Iulie repetundarum, l. Iulie peculatus, & l. Iulie de residuis, sunt æquiperata.

- Feudatarij successor num placitari possit pro culpis defuncti ad priuationem feudi?
- Nominatus in officio, dicitur inuestitus à Rege ministerio nominantis.
- 55 Officij resignatione facta in manu Regis, ut illud conferat filio suo: num filius resignatarius obligetur creditoribus resignantis?
- Resignari officia non possunt, nisi in manu domini à quo tenentur, & sub num. 59. & 64.
- Resignatione officij facta in manu domini, num onera & hipotecę medio tempore contracta resoluantur?
- Officia reperuenta ad dominum ex nouo contractu, num remaneant sub hipoteca per prius legitimè contracta?
- Feudum refutari domino inuito num possit? & num. 57, & 59.
- Feudum conditionatum quod sit?
- Feudum reatum quod sit?
- Vassallus & dominus obligantur inuicem & respectiue.
- Feuda Regni nostri sunt ligia Regis.
- Tex. in cap. 1. S. fin. de vass. qui con. const. Lothar. expenditur.
- Feudum seruitus est.
- Seruitium militare debetur pro omni feudo.
- 56 Hipoteca constituta super feudo, vel emphiteusi, cum assensu domini, num resoluatur feudo aperto ob culpam, vel lineam finitam feudatarij, vel emphiteutę? Quid si refutaret domino? num. 57. Quid si dominus instituatur heres à feudatario, vel emeret? num. 58.
- Assensus domini super contractu feudali, quid operetur?
- And. l. fern. stylus in referendis opinionibus, & approbandis.
- Assensus hominis, & assensus legis, in quo differant?
- Clausula in assensibus solita apponi, scilicet iuribus Curie semper saluis, quid operetur?
- Reseruatio nil operatur super quo est principaliter dispositum.
- Assensus Proregis num habeat vim assensus legis, an hominis?
- Assensus super hipoteca, num differat ab assensu super contractu dominij translatiuo?
- Feudi aperitio seu excadentia ob lineam finitam, vel culpam feudalem, est de natura fendi.
- Feudi natura quę sit?
- Seruitium stat in feudo in vim conditionis resolutiue.
- Assensus domini num remittat implicite deuolutionem feudi sibi obuentam tempore assensus, vel obuenturam?
- Qualitas alterans naturam rei, exprimenda est in petitione assensus.
- 57 Feudo refutato in manu domini, num resoluatur hipoteca legitimè constituta?
- Fraudem fieri principaliter in contractu, vel secundario, quando dicatur, & officiat?
- Reuocatoria actio num detur contra dominum, qui acceptauit refutationem feudi?
- 58 Feudo ad dominum peruento ex titulo voluntario feudatarij propter naturam feudi, num obligetur dominus ad debita feudatarij?
- 59 Refutatio, & resignatio feudi, vel officij in manu domini, num sint de natura feudi, & officij?
- Natura feudo, vel rei, quando detur & constituatur?
- Vassallus & dominus ad paria iudicantur.
- Feudalis contractus est ex utraque parte obligatorius.
- Feudum inuito domino num refutari possit?
- Tex. in cap. 1. de vass. qui con. const. Lothar. Reg. exhorbitans & non trahendus extra feudalem materiam.
- Resignatio officij in manu Regis, num fieri possit inuito Rege?
- Resignatio officij non est admittenda, nisi legitimis de causis, & nu. 60. & 64.
- 60 Officio resignato in manu Regis, num hipoteca ceteraque onera contracta, cum assensu Regis, resoluatur? & num. 61.

- Quid in resignatione conditionali?
num. 62. declara conclusionem, ut nu.
63. Quid de creditoribus in actione
personali tantum? ibidem.
- Creditores in actione personali resignan-
tis, num agere possint contra resignata-
rium? & num. 61.
- Resignationes officij suspectas fraude, non
debet Rex admittere.
- Resignantis creditores contradicere non
possunt de rigore iustitię: supplicare
tamen debent Regi ex æquitate. &
num. 61.
- 61 Resignatio officij concessi tibi & liberis,
fieri non potest in præiudicium filio-
rum.
- Resignata facultate nominandi suscesso-
rem, si Rex nominet: num nominatus
conueniri possit à creditoribus resi-
gnantis?
- Debitor nocere potest creditoribus non
acquirendo.
- 62 Resignatio conditionalis quæ sit? &
num resoluat hipotecas legitimè con-
tractas? & num. 63.
- Feudo refutato in manu domini, ut inue-
stiat tanquam de nouo feudo: num inue-
stitura sequuta, resoluatur hipo-
teca legitimè super feudo contra-
cta?
- Ius luendi annuos introitus, cessum &
exercitum, num resoluat hipotecas le-
gitimè contractas super illis?
- 63 Resignante mortuo, num hipotecę legi-
timè contracte resoluantur?
- Creditoribus concurrentibus super pretio
officij venditi, quo ordine satisfiat?
- Pecunia peruenta ex officio, vel feudo
vendito, est allodialis.
- Decisio 45. Dom. Regentis Rouiti, discuti-
tur & declaratur.
- Pecunia incidit in hipotecam generalem
creditorum, statim atque in dominio
debitoris facta sit.
- Praxis sacri Concilij Neapolitani, in præ-
ferendo creditores cum assensu Regio,
super qua ratione fundetur?
- Officia ministerij, quæ carent iurisdic-
tione, num sint de Regalibus, ita quod
requirant assensum Regium in hipo-
tecis, & contractibus dominij transla-
tiuis ipsorum?
- Creditor cum hipoteca, præfertur credi-
tori in actione personali.
- Apoca bancaria tradita personę descri-
pta in apoca, transfert dominium pe-
cunię existentis in banco. cum decla-
rationibus, ut ibi.
- Creditor mutuans pecuniam ad emen-
dum officium, num potiatur priuile-
gio inter creditores in actione per-
sonali?
- Creditor officialis ex causa fideiussionis
non idoneè capta, num preferatur cete-
ris creditoribus illius?
- Tex. in l. 1. S. priuilegium, ff. de ma-
gistrat. conuen. subtiliter expendi-
tur.
- Officium emptum de pecunia pupillari,
vel dotali, sed nõ data ad illum finem
emendi officium; num præbeat priui-
legium pupillo, & mulieri?
- Officialis num teneatur ad interesse, pe-
cunię à se debite ex causa malę admi-
nistrationis?
- Mora num contrahatur ipso iure pro de-
bitis fiscalibus?
- Interesse num præstandum sit ab officia-
libus ex pecunia ab eis debita ex cau-
sa mala administrationis?
- Debitores fisci ad quod interesse te-
neantur?
- Vsura centesima quæ sit?
- Vsura semissis quæ sit?
- Penę dupli, vel quadrupli, num quoque
debeatur interesse?
- Fideiussores à quo die contrahant mo-
ram?
- Pecuniam esse consumptam ab officiali
in proprios usus, num sit probandum
à fisco?
- 64 Resignans num penitere possit ante ac-
ceptatam à Rege resignationem? cum
declaratione sub num. 65. & 68.
- Resignare quid sit?
- Officia hæc secularia, & beneficia Ecclē-
siastica, num differant inter se?
- Officia exerceri sine Priucipis rescripto
non possunt.
- Resignans officium, debet prosequi exer-
citiū

- ritium officij, donec acceptetur resignatio à domino.
- Officium resignatum & adhuc non acceptum, non dicitur interim vacare.
- Resignatio est duplex: & quæ resoluat titulum resignantis? & num. 68.
- Resignatio Regi presentata, acceptari potest, etiam reluctante resignante.
- 65 Resignatio in beneficium alterius quot modis fieri possit, & sub qua forma? Clausula, non aliter nec alio modo, quid operetur?
- Resignantis dolus vel culpa, excludit resignantem à regressu.
- 66 Officia, ante Regis assensum super contractu, tradenda non sunt: aliàs incidunt in penam, & annullaretur contractus.
- 67 Resignatio fieri potest per procuratores speciales; & in quo differat ab ea, quæ personaliter fit per resignantem.
- Procurator ad resignandum, sub qua forma constitui debeat?
- 68 Resignatio num reuocari possit à resignante?
- Reuocatio procuratoris ad resignandum, notificari debet ipsi, vel Regi.
- Fructus percepti post resignationem, ante acceptationem, ad quem spectent?
- Resignantis, an resignatarij mors attendi debeat quoad deuolutionem officij, pendente acceptatione Regis?
- Officij titulus non resoluitur ex resignatione, nisi secuta acceptatione Regis.
- 69 Culpa in officio commissa, num noceat creditoribus officialis?
- Fiscus pro pena mala administrationis, num preferatur creditoribus?
- Creditor num preferatur fisco pro pena officialis?
- Officia passim conceduntur sub conditionali clausula resolutiua, quandiu benè te gesseris in officio. & de illius effectu. Quid si non fuerit apposita? ibidem.
- Tex. in l. i. C. penis fiscal. cred. pref. declaratur.
- Clausula annullatiua num presumatur apposita?
- Pactum resolutiuum quibus verbis concipiatur?
- Officiales debent benè & fideliter exercere sub pena priuationis officij.
- Conditio resolutiua quibus verbis concipiatur?
- 70 Delicta priuationis officij quæ sint? & sup. in verbo, potestas constituendorum magistratuum, sub num. 40.
- Pena mala administrationis officij, quæ sit?
- Officialium fraudes circa quæ versentur? Extorquere, euertere, & interuertere, quid sint?
- Officiales seraper presumuntur extorquere.
- Officiales num accipere possint à sponte dantibus?
- Extorsio quando committatur? & quæ pena detur?
- Culpe in omittendo, num sufficiant ad priuationem officij?
- 71 Delicta officialium num plenè probari debeant? fit distinctio.
- Testes quot requirantur ad conuincendum officialem, & num sufficiant singulares?
- 72 Officialis num aliquo casu cogi possit ad vendendum officium?
- Officia empta, & gratuita concessa, num differant quoad penas malæ administrationis?
- 73 Nominans administratorem in officio, num teneatur ex culpa nominati administrantis?
- Expense erogandæ per nominatum pro obtinenda administratione officij, de bonis nominantis erogandæ sunt.
- Filius nominatus à patre pro administratione officij, erogat sumptus de communibus bonis pro obtinendis literis executorialibus administrationis.
- Officij emolumenta num sint solius nominati à patre pro administratore, an verò communia cum ceteris fratribus cohæredibus?
- Heredes nominantis num conueniri possint ex culpis commissis. Officio à nominante? & num habeant regressum contra culpantem?
- Tex. in l. lucius, §. idem respondit, ad municipal. declaratur.

- 74 *Sucessio in officijs alteratis pro heredibus, vel descendentes corporis, quo ordine deferatur?*
- 75 *Frater, soror, & eorum filij, admissi in Regno nostro ad successionem feudi noui, num succedant in officijs alteratis pro heredibus, ac ceteris Regalibus?*
Gratia habens vim dispensationis, num protrahenda sit?
- 76 *Clerici num succedant in officijs alteratis pro heredibus?*
Clerici prohibentur exercere officia iurisdictionalia, ac etiam non iurisdictionalia?
Officiales iurant de bene & fideliter exercendo officia.
Clerici cur repellantur à successione feudorum?
Substituens in officio, num puniatur ob culpas substituti?
Iudex secularis num cognoscat contra Clericos ad priuationem officij pro delictis commissis in officio à substitutis per ipsos Clericos?
- Rex num cognoscat de Regalibus à se concessis Ecclesiasticis personis?*
- Iuramentum de fideliter exercendo, ac iuramentum fidelitatis, num differant inter se?*
Clericus prestat iuramentum Regi circa officium, quod tenet ab eo.
Regalia vnius Regni, non regulantur à legibus latis in Regalibus alterius Regni, etiam si vtrunque Regnum sint sub vna corona: nisi alterum alteri sit annexum.
- 77 *Nominandi facultas concessa, num reuocari possit ad libitum concedentis?*
Rex obligatur ex contractibus, sicut & ceteri homines.
Priuilegia concessionum reuocantur, si concessionarius male se gerat in concessis.
- 78 *Nominandi facultas concessa, num extinguitur per mortem Regis qui concessit, antequam facta sit nominatio?*
Regis successor num teneatur habere ratum prædecessoris factum?
- Regna Hispaniarum, & Sicilię, sunt hereditaria.*
Rex nouus semper consuevit confirmare officia, habentibus ea: nisi ex causa.
Rege mortuo, officiales prosequi debent exercitium officiorum, donec successores officiales adueniant in Pro-uincia.
- 79 *Officio vendito nulliter, appostaque hipoteca cum reseruatione dominij pro consecutione pretij; qua actio detur venditori contra tertium possessorem officij, qui emerat validè à primo emptore cum Regio assensu?*
Assensum impetrare possunt emptor, vel venditor.
Officia hipotecari non possunt sine Regio assensu.
Assensus super hipoteca officiorum, raro conceduntur.
Constitutio, Scire volumus, declaratur.
Hipoteca pro pretio rei vendita, & venditio ipsa, stant vt indiuidua in contractu.
Indiuiduorum natura que sit?
Hipothecę expressio pro securitate pretij, exprimenda est in petitione assensus super venditione officij.
Assensus concedi non potest super venditione officij, reiecta hipoteca pro consecutione pretij.
Assensus annullatur ex dolo petentis intacendo expressa in contractu.
Dolus quomodo probetur?
Assensus super contractu frauduloso inperniciem tertij, est nullus.
Assensus in dubio respicit utilitatem venditoris.
Assensus domini non fouet fraudes contrahentium.
Assensus ex quibus circumstantijs non expressis annullatur.
Contractu primo nullo, corrumpit sequens validus, dependens à primo.
Assensus redditur nullus, si Rex assentiens errat in facto.
Officij titulus non transfertur in venditorem, nec amittitur ex contractu nullo.
Officium si concedatur uti vacans ob mor-

mortem *Caj.* si alio modo vacet, ruit concessio.

Affensus est nullus, si dominium non est venditoris eo tempore, quo datur assensus.

Affensus non datur post mortem alienantis.

20 *Actio quæ datur ad auocandum officium nulliter alienatum?*

Possessoria interdicta quibus datur?

Interdicta quibus datur? & quod eorum sit magis pingue?

Publiciana actio quo casu datur?

Libellus ad vindicandum officium alienatum nulliter.

Incipit Tractatus

DE REGALIBVS OFFICIIS.

1 **A**bsoluta iam Regiæ Iurisdictionis materia; quia pro illius administratione constituta sunt nonnulla officia ministerij, deseruientia scilicet magistratibus: quæ in Romanis legibus militiz nuncupabantur: prout *Francisc. Connan. libr. 4. Iuris civil. cap. 15. fol. 4. littera B. Lelius Taurell in tract. de Militijs, tom. 13. tract. ac Tell. Fernand. super 26. & 29. ll. Tauri* plenissimè probarunt: vt sunt officia magistri actorum M. C. Vicariæ, S. Regij Concilij, Regiæ Cameræ Summarie: Regiarum Prouinciarum: officia secreti, conseruatoris sigilli, Perceptoris, Camerarij, Archiuarij, Porterij, Curforis publici, ac innumera alia descripta in *Pragmatica secunda, tit. de officijs ad Regiæ Maiest. Collat. specul.* Appellantur autem officia largo sumpto vocabulo, pro seruitio & ministerio distandi, conficiendi, & scribendi: dicit *Andr. in tex. nostro, num. 66. circa finem, ex glos. in l. si quis Decurio, C. de negot. gest. officium, id est, seruitium: hinc vilia officia appellat glos. in l. si quis, C. de dignit. lib. 10. custodire pascua publica: sic dicimus officium procuratoris vilissimum, C. de decurian. l. si quis procurationem.* Hæc officia ministerij non pertinent ad hunc titulum, dicit *Andr. in hoc tex. num. 67 in fine: quia dicit litera, potestas constituendorum magistratuum ad iustitiam expe-*

*diendam: hi non creantur ad iustitiam, expediendam, immò ad certum ministerium: nec possunt dici magistratus: quia non habent iurisdictionem: dicit Andr. paulò ante. Clarè igitur sentit Andr. hæc officia ministerij non habentia iurisdictionem, non esse de Regalibus: quia sub verbis *tex. nostri* non comprehenduntur. Immo dici posset, de Regalibus esse: quia deseruiunt officijs iurisdictionalibus: ergo, vt accessoria sequuntur naturam illorum: vt in regula accessorium, de reg. iur. in 6. In Regno nostro sunt hæc, & alia plura de Regalibus ex consuetudine, ac reservatione speciali in dicta *Pragmatica 2. tit. de offic. ad Reg. Maiest. collat. specul.* Quod non aduertit *Dom. de Georgijs in sua repetit. feud. cap. 54.* sed innixus verbis *tex. nostri, & Andr. dixit, officia ministerij non esse de Regalibus.* Fuerunt enim effecta Regalia ex reservatione in *d. Pragmatica 2. & dictum est infra num. 79.* Quo fit, vt dominium omnium officiorum Regalium sit penes Regem: officialibus verò administratio tantum concessa datur, *Francisc. de Amicis in cap. 1. de his qui feud. dar. poss. fol. 62. col. 2. & Dom. de Ponte in decis. 28. citant, Andr. in tit. de Feud. March. num. 2. ibi: aut Comitatus datur alicui, sicut administratio officij. in titul. quis dic. Dux, num. 2. loquens de Ducatu, & Comitatu in feudum concessis, quòd transeant ad hæredes: dicit, sicut autem si haberent sicut officium. Et num. 3. dicit, ibi: Item si dicatur, quòd sit feudum, dare iurisdictionem, Capitaniam, vel administrationem, ubi percipiet emolumenta fortè: esset pertinax qui resisteret dicendo, quòd non est feudum.* Ex his locis *Andr.* colligitur, Regalia in officium concessa, ad hæredes non transmitti: sed ad vitam concessionarij durare: nisi in feudum concessa sint, & certos redditus habeant. Ergò tunc, vtile dominium officiorum concessionum in feudum, transit in concessionarium eiusque hæredes: quia de essentia feudi id est, *S. rei autem, supra de inuest. de re alien. fol. iuncto S. fin. sup. in quib. caus. feud. amitt.* Si igitur transit vtile dominium: plenum erat penes Regem. Et hoc modo induci possunt verba *Andr.* nam clarè id non dixit: sed *glosa in progm. Constit. Regni col. 4. & 8.* probauit, dominium omnium Regalium esse Regis. Concedere autem in officium, nil aliud est, quàm concedere in administrationem, durante vita concessionarij: *C. de negot. gest. l. curatoris, ibi: officium ad-**

mini-

ministratiōis: iuncta l. 1. C. si quis ignor.
rem. mino. emer. quia officium sumitur pro
 seruitio, quod in exercitatione animi &
 corporis consistit: vt dicemus paulò in-
 fra. Ex concessione igitur officiorum
 solus titulus administrandi transfertur,
 non dominium: vt bene præcitati Docto-
 res probauerunt ex *cap. 2. extra de donat.*
 fumentes argumentum ex beneficijs Ec-
 clesiasticis; quod validum esse, docuerunt
Boer deois. 350. num. 4. Ioan. Fabr. in l. ne-
mo, C. de offic. assessor. sed est *tex. singul. in*
l. officia, C. de offic. quæstor. quæ lex dire-
 cta est magistro officiorum, & probat,
 titulum exercendi officia hæc Regalia,
 à solo Principe obtineri posse: nec sine
 eius rescripto posse exerceri sub pœna ibi
 descripta. Et glos. ibi notat pro singula-
 ri contra quendam Petrum de Vico, qui
 locabat quæstus officiorum sine licentia
 Principis. Est enim electa industria exer-
 centis & administrantis à Rege: cuius in-
 terest, sua officia personalia exerceri per
 personas sibi notas, & non ignotas, in-
 confidentes alienigenas, & Principi for-
 san non gratas: *Dom. de Ponte, loco citat.*
num. 47. qui ignorauit *tex. prædictum,*
 citans generalem regulam *l. inter artifices*
ff. de solutio. Iusta igitur ratione sunt
 editæ pragmaticæ & capitula in Regno
 nostro, scilicet *cap. Reg. Ioannæ 1. incipit,*
 3 *Item quòd prædicti officiales:* cuius rubrica
 dicitur, quòd officiales seruiant de persona,
 nec possint vendere eorum officia. Pariter
pragmatica Regia in tit. de magistris acto-
rum, & subactuarij moder. ibi, qui magistri
actorum, & subactuarij sint probi, & lega-
les, experti & boni scriptores, à nobis seu no-
stro sacro Concilio approbati; qui per se, &
non per substitutum seruiant, & in tit. de
scribis, incipit pragmat. volumus, disponi-
 tur quòd iurent de fideliter exercendo. Est
 tamen aduertendum, quòd licet in con-
 cessionarium officij solus titulus admini-
 strandi & vtendi transeat, non dominium
 officij: at tamen, quia emolumenta & pro-
 uentus sunt ipsorum officialium (sic enim
 forma concessionum se habet, & colligi-
 tur ex *glos. 1. in d. l. officia,* dum inuehit con-
 tra Petrum de Vico, quòd locasset quæstus
 & emolumenta sui officij sine licentia Prin-
 cipis: ergo emolumenta erant sua: sed
 non licebat sine Principis assensu alium
 summittere in exercitio officij & colle-
 ctione emolumentorum, & sic iure pro-
 prio administrant: titulus hic administran-
 di officia, est plenior cæteris administrandi
 titulis, scilicet administratione tutoris,

curatoris, procuratoris: sed æquiperatur
 officialis marito administranti dotem vxo-
 ris constante matrimonio: vel rectoribus
 Ecclesiarum, qui administrant beneficia in
 propriam vtilitatem. vel veriùs æquipera-
 tur vsusfructuatio, qui verè & propriè non
 possidet sibi, sed domino, *ff. de acquir. rer.*
dom. l. acquiritur §. fin. & glos. 1. in l. natu-
raliter ff. de acq. possess. omnes autem fru-
 ctus ad ipsum spectant vsque ad mortem,
 Inst. de vsufruct. §. 1. & §. finitur. sic con-
 cessionarius officij potitur fructibus officij,
 quod est in dominio Regis; potiturque
 vsque ad mortem, extinguitur enim morte:
 vt dicemus paulò infra. Et hac de causa,
 quia in propriam vtilitatem administrat,
 & vitur re aliena ad vitam: potest offi-
 cium dici nostrum, sicut in beneficio adno-
 tauit *Philipp Franch. in cap. si huius absen-*
ti, col. 1. de præbend. in 6. & dicitur natura-
 liter possidere, *ff. de acq. possess. l. naturaliter:*
 cuius causa habet etiam interdicta posses-
 soria pro conseruatione huius naturalis
 possessionis, *glos. ibidem citat l. 3. §. vnde*
vi, §. pertinet. & §. item si non ff. de vi, &
vi arm. & sic concessionarius vti potest
 interdictis possessorijs retinendi, & recu-
 perandi: postquam inuectus fuit à domi-
 no inuectura reali seu corporali: Nam
 ante eam, ex sola inuectura verbali aget
 adipiscendæ, vt tradat, supra *si de feud. de-*
funct. milit. cont. fit, cap. si facta: sicut etiam
 in venditione disponitur de iure Romano:
 secundum *And. ibidem col. 1. de quo sunt*
 opiniones in *glos. ff. de act. empt. l. 1.* sed
 hæc est magis æqua, vt tradat, si commodi-
 tatem tradendi habet: secus si secundo
 concessionario tradidisset: tunc teneretur
 ad interesse primo concessionario; & se-
 cundus præferretur primo in officio: iuxta
 dispositionem *l. quoties C. de rei vind.* vt la-
 tius ibi per *And.* Concessionarius igitur
 officij licet dominium illius non habeat,
 sed titulum administrandi in propriam vti-
 litatem: habet tamen ius in re, sicut vsu-
 fructuarius, *Inst. de vsufruct. §. 1. ibi, est ius*
 in corpore; cuius iuris conseruandi causa
 vti potest interdictis possessorijs: vt di-
 ctum est. Et solui potest subtilissima quæ-
 4 stio: eo casu, quo Rex assentit hypothecæ of-
 ficiorum: quod sit subiectum hypothecæ?
 certum est enim, hypothecam radicari super
 dominio rei hypothecatæ: & hac de causa
 res aliena hypothecari non potest, *C. si alien.*
res pig. dat. fit, l. 1. potest tamen vendi res
 aliena, *ff. de contrab. empt. l. rem alienam:*
 quia non est de essentia venditionis domi-
 nium pænes venditorem, sicut pænes obli-
 gantem,

gantem, vt in *l. aliena res ff. de pignor. act. iuncta glos.* Respondeo: radicari tunc hypothecam non super dominio officij, quod est Regis: assentij enim ad remouendum ius prohibitium contrahendi super officijs: vt in *l. officia C. de offic. questor. & in consit. Regni scire volumus.* vt lege prohibita remota per assensum domini, contrahens disponat de iure suo quod habet: non autem assentij Rex, vt transferat ius proprium. Est hæc conclusio communis omnium, vt per *And. in l. Imperialem num. 11. & ibi Camer. fol. 43. litera G. & ego in repet. illius, num. 108. de prohib. feud. alien. per Frid. And. in d. sed nec est alia iustior, num. 38. que sit. 1. caus. benef. amitt. Dom. de Pont. in tract. de potest. Proreg. tit. de refut. feud. d. 5. num. 30.* radicabitur tunc hipoteca, & suos pedes figet super illo iure quod officialis habet in officio: vt *glos. sing. docet in l. 1. in verbo difficilius. vers. si verò non est debita, sed habet ius in re: similiter tenet hipoteca, ff. de pignor. & sub hac ratione, vltusfructuarius obligare potest vltusfructum, id est, comoditatem illam vtendi, fruendi, Bar. in l. si is qui d. vltusfructus ff. de pignor. & si non soluit in tempore, vendi potest comoditas illa vtendi, fruendi, non autem ius vltusfructus; Bar. ibidem, & Alex. in addit. & sic subiectum hipotecæ est nedum dominium rei, sed etiam ius quod quis habet in re, ex quo iure percipiatur commodum: sic *Bar. in d. l. si is qui, d. iura prediorum.* Ex quibus inferitur, quòd dato assensu super hipoteca officiorum: extinguitur hipoteca per mortem concessionarij officij: quia tunc aperitur officium Regi ex natura sua: nec per assensum cogitauit dñs remittere ius illud deuolutionis nec sibi preiudicauit: ex latè deductis *infra n. 56. & seq. ex superabundanti tamè cautela, domini Regentes apponi faciunt clausulam in assensu hipotecæ officiorum, scilicet quòd nullum fiat preiudicium deuolutioni, & aperitioni officij ex natura sui.**

5 Horum officiorum naturam, & plenam dispositionem pertractare, & discutere intendens, pro tironibus præmittendum censui. Officium esse nomen generale ad omne ministerium, *glo. in l. legatis, d. si ex officio, ff. de leg. 3. & in d. l. si quis decurio:* hinc exponitur officium, id est, seruitium quod homo homini debet, *And. in tex. no. fro num. 66. & dictum est paulò ante.* Et est duplex: merum, & mixtum. Merum officium est, quod in sola exercitatione corporis, & animi consistit, vt tutela *ff. de tutel. l. pen. ubi glo. 2.* ponit quoque exemplum

in commissaria. Mixtum officium est, quod consistit in exercitatione animi & corporis, sed habet vtilitatem annexam, seu certos prouentus: *Bald. qui ponit hanc distinctionem in cons. 159. num. 5. vers. nec obstat lib. 3.* ponit exemplum huius officij mixti in casu suæ cõsultationis, videlicet in officio Admiratiæ: vtriuq; officium est personale, & ad heredes nõ trãsmisibile. *gl. in d. l. pen. & probatur in l. 1. C. si quis ignor. rem min. emer. ibi dñs dicit, cū officium morte finiat: quia cū in exercitatione animi, & corporis cõsistat, dicitur electa industria personæ eius, qui præstaturus est hoc seruitium arg. ff. de sol. l. inter artifices: plenè Barb. in l. quia tale, num. 78. ff. sol. matr. vbi ampliat, etiam in officio concessio pro certo & definito tempore, puta per decem annos: vt si moriatur concessionarius intra tempus prædictum: non transeat officium ad eius heredem pro tempore quod superest: eã ratione, quia in re non transmisibili ad heredem, expressio temporis nil operatur, *ff. de vsufr. leg. uxori vsufructum ville.* Cumque natura officij talis sit, illius concessio restringenda, & ad suam propriam naturam coartanda est: adeo vt etiã si officium concedatur tibi in perpetuum: nõ erit alterata natura officij ex dictione in perpetuum, immo à natura illius sumet interpretatio, nõ dicitio prædicta, id est, donec vita concessionarij durauerit: vt ex *Alciat. Silu. & alijs docet Barbof. loco citato post nu. 10. ver. exemplum erit, Prax. Marc. decis. 617. in fine, & 626. num. 8. Regns Reuerter. in denon impressa incipit, In causa magnifici Iacobi Moccia col. 1. lib. 4. Regens. Constant. in l. 1. & 2. num. 137 C. de filijs officialib. 12.* Huiusmodi officij mixti natura alterari potest ex forma concessionis, vel pacti: & fieri transitorium ad alios, *Bald. in d. cons. 159. num. 5. lib. 3.* quia in his officijs mixtis tempus est de naturalibus contractus: nõ dependet ex voluntate concedentis vsque ad quod tempus velit illud concedere: cū videamus, aliquando concedi iuxta rectam sui naturam, scilicet ad vitam concessionarij: aliquando pro vno heredem, interdum pro duobus successiue alter alteri. Aliquando pro hæredibus in perpetuum. Corroboratur ex natura annui legati, quæ est, vt legatum huiusmodi non transeat ad hæredes, *ff. de ann leg. l. si in singulos.* attamen propter verbum, hæredibus, in legato expressum, fit transmisibile ad hæredes, vt dicit *glos. 2. ibi ex l. in annalibus C. de legat. Naturalia enim contractus possunt alterari, mutari, & etiam in totum**

de-

destrui: remanente tamen contractu in sua essentia & substantia, alterato tamen in his, quæ per pactum inter contrahentes specificata sunt: sic ex *tex. in cap. 1. de feud. non hab. prop. seu nat. & in cap. 1. § feudum e a lege, tit. si de feud. defun. milit.* docuerunt *Iacob. de Bellou. Iacob. de Ardiz. Bald. Aluar. & Barbat.* quos refert *Camill. de Cur. in suo diuersor. fol. 35. num. 39.* Nec obstat regula, accidentia non immutare naturam actus: intelligi enim debet de his quæ obveniunt post contractum: hæc dicuntur accidere. Ea verò, quæ in principio concessionis specificè paciscuntur inter contrahentes, sunt tantæ potentæ ex individuo voluntatis, quòd si contraria sint substantialibus: aut transformant in alium contractum, si fieri potest, ut in exemplo *l. ubi ita donatur ff. de donat. caus. mort.* aut si non possunt transformare, extingunt potius contractum: secus in naturalibus: **6** ut præcit. author. probat. Fiscus replicat: alterationem hanc naturæ officiorum ex expressione hæredum, restringendam esse, ut quanto minus potest, illam ledat: & sic ut de primo hærede intelligatur tunc concessio; cum simus in re, quæ de sui natura non est transmissibilis ad hæredes, ut est officium: argumento *l. antiquitas. C. de vsufr.* Respondeo, ex specialitate decisionis speciei ibi *propositæ*, non esse inferendum ad aliud: ut præcipitur in eadem *l. ibi*, *Quare enim iste vsufructus sibi tale vindicet privilegium, ut à generali inderemptione ipse solus excipiatur.* Pondera illa verba, *ipse solus.* Specialitas autem illius *tex.* fundata est super specifica dispositione testatoris, legantis vni fundum, hæredi verò vsufructum: & sic utrique volebat testator prode: hoc fieri non potuisset, nisi restringeretur verbum, hæres, à sua generali significatione hæredum in infinitum, ad primū hæredem: aliàs nūquam ad proprietarium reverteretur vsufructus. At quando Rex concedit officium tibi & hæredibus: non constat de eius intentione, an voluerit re habere officium aliquo casu, vel tempore. & ideo non est recedendum à proprietate verborum, dum hæredes in plurali expressit in concessione. Insurgit fiscus, ut si in concessione verbum, hæres, in singulari prolaturum sit: puta tibi & hæredi. Tunc ad primū hæredē prorogetur concessio, & non ultra: idquæ nedum ex proprietate verbi singulariter prolaturum, verum etiam, ut minus leatur natura officij, quæ personalis est, ad hæredes non transmissibilis. Et ad id comprobandum inducit *d. l. Anti-*

quitas, C. de vsufruct. ubi expressum erat verbum, hæres, in singulari: & dicitur, ad primū hæredem progredi vsufructum. Sed non obstat. Quia ut dictum est paulò ante, dispositio illius legis fundata est super speciali ratione, quæ deficit in nostræ facti specie. Plus dico, non esse validum argumētum de vsufructu ad officium: quàmuis enim utrumque sit ad tempus certum, scilicet ad vitam concessionarij: actamen in vsufructu tempus est de substantialibus: quia sic à lege reperitur dispositum in *l. ambiguitatem C. de vsufruct.* ibi, *non est penitus possibile: quia substantia ipsius consistit in utendo fruendo, quod est personalissimum, & sic inalterabilis:* & ideo in illo casu speciali *d. l. antiquitas*, vsufructus in persona hæredis est nouus, secundum *glos. in l. repeti ff. quib. mod. vsufr. amitt.* At in officijs tempus esse de naturalibus, & sic alterabile: *docuimus supra num. 5.* Nec est vera ratio: id venire ex proprietate verbi singulariter prolaturum: contrarium enim deducitur ex *l. sciendum ff. de verb. signif.* dum ibi dicitur, *in paucis speciebus id esse, ut ad primū hæredem restringatur.* Ergo in contrarium est regula. Sed clariùs probatur in *l. hæredis ff. eod. in l. si. C. de hæred. instit. in l. 3. ff. de petit. hæred. in l. in annalibus C. de legat. & de communi testatur Peregrin. in tract. de fideicommiss. art. 32. num. 65. circa medium*, scilicet ut etiam in re non transmissibili ad hæredes, verbum, hæres, in singulari prolaturum, comprehendat nedum primū hæredem, sed omnes in infinitum: quia ex proprietate nominis id venit, non ex vi extentionis: & hoc modo resoluitur alia obiectio fisci, scilicet ut data feudi investitura, quòd succedat frater: non succedet filius fratris: cum sit dispensatio, *Marin. Frit. lib. 2. de subfeud. q. 56. nu. 4.* Ratio est, quia in hac dispensatione est expressum nomen ex sui proprietate, non comprehensiuū pluriū personarū ordine successiuo: probatur in *l. sicut § si debitori, ff. quib. mod. pign. vel hip. solu.* dum ibi in materia stricta & rigorosa, ut est assensus, sufficit verbum comprehendere etiam ex vi interpretatiua legis, licet deficiat vis verbi comprehendentis: ut plenius dixi in mea repetitione *l. Imperialem, num. 44. de prohib. feud. alien. per Frid.* Quod deficit in nostræ facti specie, dum verbum, hæres, ex sui proprietate comprehendit primū, secundū, & omnes in infinitum hæredes; ut in præcit. *ll.* Replicat fiscus opponens ex *l. immunitates ff. de lur. immunit.* ubi immunitatē generaliter dari, ut ad omnes descen-

dentes transeat : exemplificat Iuriconsultus per verbum plurale, posteris : ergo, secus si dicat hæredi. Solutio erit, verbum generale concipi ne dum ex numero plurali, verum etiam ex singulari, quod tamen ex sui proprietate includat generalitatem : *glos. in leg. 1. in verbo, vt proinde, ff. de adend.* exemplificat actionem generalem, vt negotiorum gestorum, vel tutelæ. Sed melius *in leg. 1. ff. de iur. immunitat.* dicitur, sed generi, posterisque datæ, &c. & sic æquiperat, immunitates dari generi tuo, vel posteris tuis : siquidem nomen hoc, generis, omnes descendentes comprehendit : prout ex *Bal. & alijs* cumulatè adnotauit *Peregrinus de fideicommiss. artic. 22. num. 28.* Vbi etiam de familia, profapia, & similibus. Ergo generalitas requisita à *leg. immunitates, ff. de iur. immunitat.* impletur nè dum per verbum plurale, posteris : verum etiam singulare, quod ex sui proprietate includat generalitatem. Plus dico : quòd ibi exemplificatur per nomen plurale, posteris : quia hoc nomen in substantiuo non habet singulare : vt *Calepinus* docet. Vel tertia solutio erit : in priuilegijs non esse validum argumentum ex paritate rationis, *Decius in leg. in omnibus causis, num. 6. ff. de regul. Iur.* Ergo, non quia sic esset dispositum in immunitatibus, trahi posset in argumentum ad alias exorbitantes materias. Sed primæ responsiones sunt meliores.

7 Demum fiscus ex hac personali natura officiorum, alterata per expressionem hæredum : existimat, alterationem hanc restringendam esse ad descendentes ex corpore concessionarij : vel ad summum, succedere eos qui de iure & consuetudine loci, vbi concessio facta est, vocantur ad successionem feudi. Et ex hoc vltimo Corollario conatur communicare officijs feudorum naturam. Et fuit verè fiscalis inuentio : nam prima conclusio, vt de hæredibus corporis interpretetur concessio, non autem de hæredibus extraneis : habet optimum argumentum ex theoria *Bar. in leg. Gallus, §. etiam si parente, num. 4. ff. de liber. & posthum.* verbum, *hæredibus*, expressum in re non transitoria, ad hæredes ex sui natura, sumendum esse pro descendentes corporis : sed officiorum natura non est transmissibilis ad hæredes, ergo sic facienda est in-

terpretatio. Pro solutione aduertatur, quòd *Bart. in principio distinctionis* dicit sic, Quandoque illa verba proferuntur circa illud, quod de sui natura non transit, nisi ad filios, vt in feudo : & tunc debet intelligi, suos hæredes, idest, filios, vt *in titul. de succession. feud. cap. 1.* & sic *Bartol.* non dicit in re non transmissibili ad hæredes : sed dicit, quod ex sui natura non transit, nisi ad filios, vt in feudo : & sic interpretationem verbi, *hæredibus*, sumit ex natura certa, & determinata à lege rei deductæ in concessione, vt est feudum ; in quo determinatum est à lege, verbum, *hæredibus*, sumi pro filijs masculis, in *§. & si clientulus, supra de alien. feud.* Et licet *Bart.* deinde *in vers. sed dices*, opponens contra suam distinctionem *de leg. in annalibus, Cod. de legat.* repetens in solutione quod dixerat, dicat ; Respondeo, verba mea dicunt, aut verba illa proferuntur super re de sui natura transmissibili ad hæredes, aut non. Hæc verba sunt intelligenda, & supplenda prout in distinctione dixerat, in re non transmissibili ad hæredes, nisi ad filios, vt in feudo : non autem sic specificè repetijt breuitatis causa : nam finis *Bartol.* fuit soluendo argumentum *de leg. in annalibus*, distinguere, num. ex natura rei sit transmissibilis, vel nè : an verò ex natura dispositionis, putæ conditionalis. Et theoricam *Bart.* sic Doctores omnes ibi reassumpserunt, scilicet *Paul. Castrens. sub num. 3. vers. secundo fallit, Iason sub num. 13. vers. secundo fallit, Alexand. num. 4. vers. In quantum, Soccin. num. 6.* Cum igitur *Bart.* declarationem verbi, *hæredibus*, sumpserit ex natura rei expressæ in concessione, quæ habet determinatam dispositionem à lege, vt pro descendentes corporis sumatur, vt est feudum : non est facienda illatio ad officia, in quibus non reperitur determinatum à lege, hæredibus expressis qui comprehendantur ? Vnde cum à lege vix reperiat determinata natura officiorum, vt sit personalis : eo verò casu, quo alterata fuerit per expressionem hæredum : nil reperitur determinatum : & sic sumus tunc in re indifferenti : quo casu Doctores existimauerunt : omnes hæredes comprehendendi etiam extraneos, ex *leg. pater filium,*

lium, §. final. ff. de legat. 3. & l. in animalibus, Codic. de legat. & in contractibus, ex leg. si pactum, ff. de probation. docuerunt Bartol. Bald. Angel. Imol. & posteriores in dicto §. etiam si parente, & præ cæteris Paulus Castrens. in prima column. Iason num. 12. Decius post Abbat. in capit. in presentia, num. 41. extra de probation. Riminald. Iun. consil. 252. num. 22. & 47. Et ne desit punctualis autoritas Bald. in leg. final. num. 1. Codic. de pignor. exponens text. loquentem de militia concessa vt transmittatur ad hæredes, dicit, militia ponitur hic pro quibusdam introitibus publica autoritate constitutis, vel beneficio Principis, concessis, qui reditus emi & vendi poterant, & ad extraneos transferri. Et nihilominus in text. nulla mentio fit de extraneo, sed tantum dicit, militiam fuisse talem, quæ poterat vendi, vel ad hæredes transmitti: Bald. exponit, extraneos. Quod autem militia sit officium hoc Regale, probauit fiscus latissime, Bald. dicto num. 1. & in l. omnimodo, §. imputari, in principio, C. de inoffic. testam. plenè Barboza loco citato. Nec Decius allegatus in consil. 171. num. 5. loquitur in officijs, sed in emphyteusi ecclesiæ, cuius natura, dicit ipse, ad extraneos hæredes non est transitoria: nimirum si tunc ex natura præscripta rei excluduntur extranei, sumens declarationem verbum, *heredibus*, ex illa natura præscripta: quod in officijs concessis tibi & hæredibus, non constat à lege determinatum; & sic sumus in materia indifferenti. Nec sumi potest interpretatio à natura simplici officiorum, quia illa excludit extraneos & descendentes corporis. Per argumentum obstarer fisco dicta lex unica, C. si liberal. Imperial. soc. libr. 10. quæ loquitur in donatione Principis, admitrens etiam hæredes extraneos, secundum communem opinionem. A feudis non potest declarationem sumere, quia Regalia non censentur iure feudi, nisi in feudum concessa sint: deduximus in Praludys quæst. 7. ex cap. 1. de feud. March. ibi, per beneficium, iuncto text. cum rubrica, quis dica. Dux. Vtitur fiscus fallaci argumento, dicens, quia concessionarij Regalium officiorum tenentur ad iuramentum fidelitatis de fideliter exercendo: ergo feudorum naturam retinet, quia fidelitas est de essentia feudi.

Sed ipse benè scit, differre iuramentum exercendi fideliter officium, à iuramento fidelitatis feudalis: primum consistit in nuda exercitatione fidei, nè fraudem committat in exercitio officij. Iuramentum autem feudalis fidelitatis continet, vt fraudem leu dolum non committat contra dominum, & quòd dominum adiuuet auxilio, & consilio, pugnando pro domino, vel dimidium fructuum præstando, vt in tit. de for. fidel. iuncto §. firmiter, leg. Imperialem, supra. Ergo cum sint diuersa, non debet de altero in alterum illatio fieri, ff. de minor. leg. papinianus exuli. Sequitur fiscus, esse sic strictè interpretandum verbum, *heredibus*, pro descendentes corporis: quia cum natura officiorum sit personalis, non transmissibilis ad hæredes: expressis hæredibus in concessione, dicitur dispensatio: merito strictissime interpretanda, vt quantum minus potest, à sua primordiali natura deuiet: minus deuiat, interpretando verbum *heredibus*, in strictiori significato pro descendentes corporis: quia tunc facilius reuertitur ad primariam suam naturam personalem, qua officij dominium conferuabatur penès concedentem dominum; vnde interpretando sic, facilius reuertitur ad dominum, linea concessionarij extincta: quod non esset, si interpretaretur pro hæredibus extraneis. Respondeo, quòd licet dispensatio sit, concessio officij pro hæredibus: attamen adhuc dispensatio in expressis est late interpretanda, quatenus verborum proprietates suffert; quia gratia est Principis concedentis pro hæredibus, ad text. in leg. final. ff. de constit. princ. secundum Iser. in l. Imperialem, col. 3. Camer. ibidem fol. 6 r. col. 3. lit. O. Abbat. in cap. At si Clerici, §. de adulterijs, extra de iudicijs, ex cap. per venerabilem, extra qui fil. sint legit. Gemin. in cap. 1. de filijs presbyt. in 6. eò potius cum ex hac alteratione naturæ officij publica utilitas non offendantur; quid enim refert, officium exerceri per Cai descendentes, & non per alios? utrosque ignorat concedens initio concessionis: & ideo personæ industria non dicitur electa in concessione pro hæredibus, Bal. & Cyn. in l. quisquis, C. de Episcop. & Cler. Eglyn. in cap. in presentia, col. 24. extr. de probat. in cap. final. col. 5. de offic. deleg. Capyc. dec. 10. num. 12. Concedentis tantum interesse veratur

tur, dum poterat taxare concessionem ad certos hæredes, & non fecit: immò vltus est verbo generali: contra ipsum sunt verba late interpretanda, quia in posse ipsius erat, verba apta ad ex cadentiam proferre, & sibi prouidere, ff. de verb. obligat. leg. quidquid adstrin genda. Vnde cum simus in materia indifferenti, scilicet quia à lege non reperitur determinatum in materia officiorum, vt facta concessionem pro hæredibus, certi hæredes succedant, & non alij: sequitur communis conclusio, verbum, hæredibus, ex proprietate nominis significare etiam hæredes extraneos, ex leg. sciendum, ff. de verbor. significat. probauit Soccin. in dicto §. etiam si parente, num. 6. circa medium: & de communi testatur Peregrinus infra allegandus: in priuilegijs autem, & pœnali materia, etiam in dispensatione fit lata interpretatio, quatenus verborum proprietas significat, Dic. in l. in omnibus causis, num. 12. ff. de regul. iur. Nec obstat, quòd si ita interpretatio fiat, inutilis erit illa nuda proprietas officij pœnès Regem: Nam & hac ratione existimo, dominium officij concessi pro hæredibus, translatum esse in concessionarium eiusquè hæredes. Quam opinionem sequutus est Dom. de Ponte, in decis. 28. num. 62. ibi; quando enim conceditur officium pro hæredibus. Cum enim de omnibus hæredibus in infinitum intelligatur facta concessio, d. l. in annalibus: perpetuus vltus, & fructus huius officij spectat ad alium, concessionarium scilicet eiusquè hæredes in infinitum: dominiumque seu illa nuda proprietas pœnès Regem si consideraretur, esset inutilis, l. 3. §. ne tamen, ff. de usufruct. & idè per se non censetur inutiliter, sed cedit ei qui habet perpetuum vltum: & sic proprietas absorbitur ab vltu perpetuo, singul. text. in l. donationes, §. species, ibi, nec ab vltu proprietas separetur, ff. de donat. l. id quod, §. 1. ff. de pericul. & commod. rei ven. Bal. in l. riparum, num. 1. circa medium, ff. de rerum diuis. Capic. decis. 188. Idque comprobo ex l. omnimodo, §. imputari, C. de inoffic. testamen. Supposito priùs, militiam pro officio sumi, iuxta glos. ibi, omnesque scribentes: quod & fiscus admittit pro absoluto, & nos deduximus supra: deciditur ibi, militiam emptam filio à patre, imputari in legitimam filij, eam eam quæ vendi potest, vel ad hæredes

transmitti. Ergo, non omnis militia imputatur, sed ea quæ ex sui natura in sita tempore concessionis, vendi potest, vel ad hæredes transmitti; sed legitima debetur de substantia seu bonis hæreditarijs patris, l. scimus, §. repletionem, Cod. eodem: ergo, officium huiusmodi est in dominio emptoris. Et de hac questione officij à patre empti filio, num. imputetur in legitimam filij? Vrsill. ad Affliet. decis. 138. num. 6. concordat text. in leg. final. Cod. de pignor. vbi huiusmodi militia incidit in hipotecam creditoris emptoris: ergo, dominium militiae erat emptoris, aliàs hipotecæ non submitteretur: cum aliena res hipotheari non possit, leg. 2. Cod. si alien. res pignor. dat. sit. Nec fisci intellectus probandus est, vt cum assensu Principis intelligatur dispositio legum prædictarum; quia sui natura officia sunt inalienabilia: vnde alteratio naturæ non intelligitur facta, nisi in eo quod expressum est, supra de feud. non hab. propr. feud. nat. capit. 1. Expressum est autem pro hæredibus: ergo hæredes habebunt sub eadem primæua natura inalienabili, quæ non reperitur expressè derogata. Respondeo, ex præcitis legibus constare, militiam concessam cum potestate alienandi, æquiperatam esse militiae concessæ pro hæredibus, dum vtroque casu per dictionem (vel) dispositum est imputari in legitimam, & incidere sub hipoteca generali: sed in militia data cum potestate alienandi, certum est, esse ita alteratam naturam, vt mutata sit de inalienabili in alienabilem, cum hæc contraria sint in se: & sic dici non potest, naturam inalienabilem adhuc durare, præcipuè cum ex sententia Camer. vltu iudicandi roborata, non requiratur Regis assensus, facta concessionem cum potestate alienandi, vt in causa Regij fisci cum D. Marta de Arcatzaga, & Salvatore de Maio decisum fuit in Collaterali Concilio, in mense Iulij 1627. Ergo pariter id dicendum est in militia data pro hæredibus, ex natura æquiperatorum, Cod. commun. de leg. leg. 1. & 2. vnde cum clausulæ hæc, scilicet cum potestate alienandi, vel pro hæredibus, includant ex earum vi mutationem naturæ officij: expressis clausulis prædictis, dicitur expressa mutatio naturæ officij, ad text. in leg. si chorrus, ff. de legat. 3. obstat fisco, quòd in

Regno nostro non subintelligitur in concessionibus clausula, ex tuo corpore descendentibus, nisi expressè apponatur, licèt consueta esset, *Andr. in Conflictut. Vt de successioneibus, in verbo fratres, colum. 3. versic. prædicta verò forma*: ergò, cum à lege non reperitur determinatum in officijs concessis pro hæredibus, vt de descendentibus corporis intelligatur: à feudis interpretatio sumi non potest, cum Regalia concessa non interpretentur in feudum concessa, nisi sic expressum sit, vel per æquipollentia verba, vt in *Praludys quæst. 7. dictum* est: ex solito concedendi nec etiam, cum clausula, ex corpore, sit exorbitans in Regno nostro: de iure Romano verbum (hæredibus) ex sui proprietate includit etiam extraneos: igitur fisci expositio probanda non est. Replicat fiscus, id venire à fortiori, dum Regalibus strictior natura ex legibus municipalibus Regni nostri tributa est, quàm in feudis: cum Regalium concessio specialem expressionem requirat, non sic in feudis: & ratio est, quia leditur corona: vnde sicuti concessa immunitate non includuntur hæredes: & hæredibus expressis, non veniunt geniti ex fæminis: & sic ad descendentes masculos restringitur verbum, *hæredibus, ff. de Iur. immunitat. l. 1. ea ratione*, quia ex immunitate vnus læduntur cæteri. Eadem ratione in Regalibus restringendum est verbum, *hæredibus*, ad descendentes & masculos. Sed solutio est facilis, cum feuda in generali concessione non includantur, nisi specialis expressio facta sit, *cap. in generali, supr. si de feud. defunct. milit. Nec ratio restringens immunitatem concessam, est par læsioni Coronæ ex Regalium concessione consideratæ: siquidem ratio restringens immunitatem est, quia fit præiudicium tertio, dum vno exempto à collectis, vel alijs muneribus publicis, cæteri grauantur in eo, à quo exemptus est. At dum Rex, præcipuè Regni hæreditarij concedit Regalia sua, non lædit tertium, sed se ipsum concedentem: meritò interpretanda sunt verba concessionis latè contra concedentem, quia in posse ipsius erat tempore concessionis restringere verba, & sibi prouidere, si intentionem huiusmodi habebat restringendi, ff. de verbor. obligat. l. quidquid adstringenda. Nec omnis læsio Coronæ in con-*

cessione Regalium Regni hæreditarij, est considerabilis, vt latius scripsi in mea repetitione *leg. Imperialem, §. præterea Ducatus, num. 56. de prohib. feud. alien. per Frideric.* Præterea in materia priuilegiorum non potest argui à paritate rationis, *Dec. in leg. in omnibus causis, num. 6. ff. de regul. Iuris.* Immo & in ipsa immunitatis materia, quæ strictissima est ratione de qua supra, adhuc generaliter concessa tibi & posteris, omnes posteros in perpetuum includit, non autem restringitur ad primum, *leg. immunitates, ff. de iur. immunitat. vbi glos. citat pro ratione, & concordanti leg. in Annalibus, Cod. de legatis, vbi verbum hæredibus, expressum in materia non transmissibili, includit omnes hæredes in infinitum: & licèt glosa citeat deinde in contrarium, leg. antiquitas Codic. de usufruct. dicas tu, esse specialem, & specialitatis rationem dedi supra num. 6. Nec pariter obstat text. in leg. honor, Cod. de penis: quia ibi non erat concessum priuilegium veteranis & liberis eorum, itaque facta deinde sit declaratio, vt liberos primi gradus comprehendat, vt liberos primi gradus comprehendat: sed specificè concessum est priuilegium veteranis, & eorum liberis primi gradus: vnde argumentum sumi non debet à priuilegio certis liminibus concessio. Cum igitur ratio restringendi immunitates concessas, scilicet tertij præiudicium, cesset in Regalibus concessis: cum non tertio, sed ipsi concedenti fiat præiudicium. sed etsi eadem ratio concurreret, adhuc in materia priuilegiorum argui non possit à paritate rationis, vt dictum est: sequitur, destrui fisci intentionem seu inuentionem, volentis præscribere Regalibus naturam immunitatis concessæ, vt Regalium natura sit personalissima ad posteros non transmissibilis: quòd si alteretur per expressionem hæredum, tunc verbum, *hæredibus*, restringatur ad descendentes corporis, & masculos, fæminis exclusis, vt in *leg. prima, ff. de iure immunitat. cum sequentibus.* Reliqua argumenta perquiras in *Praludys, quæstion. 9.* Igitur fiscus inani labore consumitur per argumenta, & similitudines, dum & *Marin. Frit. (cui ipse inhæret sicut Bononienses Carroio, in tertio libr. de subfeud. in 2. formula, num. 3. est opinionis, Regalium naturam esse hodie transmissibilem ad descen-**

descendentes: ex qua doctrina insurgit fiscus, vt transmissibilia sint ad descendentes morientis qui tenebat Regalia, non autem ad transuersales licet descendentes à primo acquirente. Quæ fiscalissima opinio qua lege probetur non video: cui obstat pactum acquirentis, & concedentis Regis: dum ille quæsiuit pro se & hæredibus, & Rex sic pariter concessit: & hæc dispositio est ne dum de iure Romano in *l. si pactum, ff. de probat.* sed etiam de iure feudorum in *cap. 1. de duob. frat. à cap. inuest.* Lex Regni nostri non extat restringens has regulas, excepta Constitut. Vt de successioneibus, quæ restrigit gradus in linea collateralia feudali, vsque ad tertium inclusiuè: quo fit, vt fiscus vix prætereundus possit, Regalium successionem regulari à successione feudali: quod & ipse asseuerat ex illa conclusione, validum esse argumentum à feudis ad officia affirmatiuè, puta deuoluitur feudum; ergo maiori ratione officium; secus negatiuè: & in hunc sensum, dicit intelligendum *Capitulum in decis. 77. num. 12.* qui non loquitur in deuolutione, sed in titulo possidendi: de cuius intellectu scripti in *l. Imperialem, §. præterea Ducatus, num. 29. de probib. feud. alien. per Frideric.* Non tamen ex hoc poterit fiscus eandem Regulam præscribere cæteris Regalibus, quia esset tunc arguere de specie ad genus, scilicet, quod inest specie, inest generi: id enim falsum esse, demonstrauimus in *Prælujijs, quæst. 9.* cum sit peculiare officij, esse personale non transmissibile, quia in exercitatione animi & corporis consistit, qua personæ industriam contemplatur concedens: quæ ratio deficit in cæteris Regalibus, immò & in ipsis officijs concessis pro hæredibus, dictum est ibidem. Non igitur ex natura officiorum Regalium, præscribere debet fiscus cæteris Regalibus, successionis & aperiitionis naturam, quæ successio à lege præscripta non est Regalibus: cum officia non admittant successionem ex eorum peculiari natura. Vbi autem alterata est natura per expressionem hæredum, tunc recurrendum non est ad conclusionem illam, strictiùs proceditur in officijs, quàm in feudis: ergo successio debet tunc dari magis stricta. Siquidem conclusio illa procedit in officijs simpliciter concessis, ex personali eorum natura, vt dictum est. At alterata natura per expressionem hæredum, immò immutata natura de non transmissibili in-

transmissibilem, cum contraria sint hæc: non est recurrendum ad feudales leges pro interpretanda & regulanda successione illorum, dum sub feudali natura concessa non sunt; immò vt indifferentis materia regulanda & interpretanda est secundum Romanas leges; prout in specifica donatione Regia factum est in *leg. vnica, Cod. si liberal. Imper. Soc. libr. 10.* Vbi deficientibus hæredibus concessio narij, non aperitur seu excadit res concessa, Regi concedenti: immò succedit focus: quod directò oppugnat feudales leges, *supr. de his qui feud. dar. poss. §. fin autem vnus, & in tit. de frat. ac no. benef. inuest. capit. 1. & dicemus infra:* & in indiuiduo officij Regalis concessi tibi & hæredibus, quod succedat frater morientis qui tenebat officium, & decessit sine legitima prole, frater, dico, descendens à primo acquirente: testatur decisum *Regens Reuerterius in decis. 56 volum. 4. incipit, In causa Magn. Iacobi Moz-*
10*zia:* licet in possessorio *cap. ex præsumptuosa,* non fuerit admissus, quasi aperto iure non succedat. Cuius contrarium defendit *Regens Moles, quæst. 17.* dicens, *indistinctè tenuimus, quod capit. ex præsumptuosa, procedat, quando quis decessit sine prole legitima, scilicet sine agnatis, & in feudis claro & aperto iure succedere valentibus.* Et clariùs *Regens de Curt. in tertia parte tractat. manuscript. feud. cap. 3. num. 102.* his verbis, *Nam tunc potest fieri sequestrum, quando quis non est de personis contentis in Constitut. Regni, vel comprehendatur in gradibus enumeratis in illa Constitutione: sed in omnibus alijs ampliat per capitula sequentia, & nouissimas gratias: & ita iudicatum in causa Pedemontis inter Dominos de Gaetano.* Quidquid igitur sit in possessorio *dicti cap. ex præsumptuosa,* in quo ego mediam sententiam amplecterer scilicet, aperto iure succedere agnatum comprehensum in gradibus *Constitutionis Regni, Vt de successioneibus, Non autem in gratijs nouiter concessis.* Quæ opinio tribuitur *Lucæ de Penna, teste Afflicti. in leg. Imperialem, §. illud, num. 3. vers. & quoniam hic feci, de probib. feud. alien. per Frideric.* Ecce ratio, quia constitutio admittit gradum simpliciter in vtroque sexu: & sic nulla difficultas considerari potest in personis comprehensis sub gradibus illis: At gratiæ expressæ sunt sub certis qualitatibus, scilicet in feudo antiquo fratres patruales masculi descen-

dentes per masculos à communi stipite, *vt in prag. 12. tit. de feudis.* In feudis autem nouis emptis scilicet, non in omni feudo nouo, fratres, & sorores etiam vterint, illorumque filij vtriusque sexus; vt latius dicemus in fine operis: & sic non potest dici, aperto iure succedere, donec dignoscatur prius qualitas, num sit feudum emtum, vel alio titulo quæsitum. Non tamen omitam, quòd in causa dominorum de Bernaudo fuit hæsitatum scilicet, num d. cap. ex præsumptuosa, præscribat sibi vim in feudis tantum, an etiam in officiis concessis tibi & hæredibus? & cum per Regiam Cameram esset factum sequestrum officij penes fiscum, ex dispositione dicti cap. interposita reclamatione, factoque verbo in Collaterali Concilio cum nonnullis adiunctis Regijs Consiliarijs præter Regentes, fuit reuocatum sequestrum à fisco: dum instantibus creditoribus mortui concessionarij prouisum fuit, *quòd fructus officij sequestrantur penes tertium, & liberentur creditoribus: in banca Iosephi Stincha, hoc anno 1630. ex qua decisione colliguntur duæ conclusiones: altera, vt cap. ex præsumptuosa, præscribat sibi vim in feudis tantum: quia rubrica ad literam loquitur de feudis: & cum dispositio illius cap. sit exorbitans, Anna alleg. 144. num. 7. And. in l. Imperialem §. illud quoque, n. 69. & 70. est coarctanda ad feudalia, non autem extendenda, ff. sol. matr. l. si verò, §. de viro.* Et opinionem hanc secutus est Niger de Campania in d. cap. num. 11. Immo dispositionem d. cap. ex præsumptuosa, coarctandam esse ad feuda quaternata tantum, non autem ad subfeuda, quæ tenentur à Baronee probauit *Additio ad Regn. Lanarium in cap. 1. num. 175. vers. & ultimo. tit. de his qui feud. dar. poss.* et si fiscus prætendat, rubricam d. cap. non esse authenticam: sed huic dubio satisficit, nedum quòd communiter in omnibus libris sic habetur: Sed etiam quòd *And. in d. §. illud quoque, num. 69. vers. istis rationibus*, reassumens dispositionem d. cap. loquitur in feudis: idquæ à corpore *tex.* habere non potuit, cum verba sint generalia; nisi ex rubrica currenti id percepisset: aliàs nec potuisset, nec debuisset restringere dispositionem illius ad feuda. Et *And.* vivebat eo tempore Caroli tertij conditoris d. cap. pariterque *Lucas de penna*, qui post paucos annos fuit in humanis, sic habebat illam rubricam, dum in feudis reassumpsit dispositionem d. cap. in l. facultas. col. pen. in prin. C. de iur. fisci, libr. 10. similiter & *Aff. decif.*

195. in princ. Præferat nunc fiscus auctoritatem *Puluerini* his auctoribus. Non igitur doctissimi artifices illius decreti, inferre voluerunt è feudalibus legibus ad officia: et si ego dubitarem in specie de qua agebatur: quia illud officium licet concessum esset hæredibus in perpetuum, sub pacto tamen, quòd illud tenerent & recognoscerent à Regia Curia: ex quibus verbis dici reseruatam Regi directum dominium rei concessæ, docui *infra num. 25. in fine.* Cumque dispositio illius cap. fundata sit in directo dominio, quòd Rex habet omnium feudorum: vt Niger *ibidem num. 18. adnotauit*; videbatur officium illud comprehendi sub dispositione illius cap. ex identitate rationis: vt docuerunt *Marin. Frit. Ludou. Molina. ac Vinc. de Franch. dec. 302. circa finem.* Sed dom. meus *Regens Rouitus*, qui interfuit decisioni illi, testatus est mihi post hæc scripta: sequestrum factum fuisse penes tertium, vt facilius esset liberatio depositorum tot creditoribus instantibus pro satisfactione: quòd difficillimum fuisset, si deposita peruenissent in fiscum. Quòd si creditores non aduissent, absque dubio in causa illa processisset sequestrum penes fiscum, ex dispositione d. cap. ex præsumptuosa: ratione directi dominij quòd Rex habet in illo officio: & latius idem auctor in *decif. 72. num. 73.* In cæteris verò officijs alteratis pro hæredibus, sed absque illius verbis, ita quòd officium teneas & recognoscas à Regia curia: num dispositio d. cap. ex præsumptuosa, præscribat sibi vim? ego in negatiuam descenderem sententiam: quia directum & utile dominium spectaret tunc ad concessionarium, vt dicemus *infra num. 20. cumque* dispositio illius cap. sit exorbitans & in priuilegium fisci facta, vt Niger *num. 23. in fine; ac Regens Moles quest. 17. & probatur in dicto cap. in fine*, ibi, & fisci nostri priuilegium temperato moderamine conseruamus: Ideo coarctanda est dispositio illius cap. ad feuda, & Regalia quorum directum dominium est penes Regem: non autem extendenda ad Regalia, quorum totale & plenum dominium est concessionarij. Non tamen omitam quòd ad intelligentiam d. cap. ex præsumptuosa, scribit *Regens Lanarius in cap. 1. num. 171. de his qui feud. dar. poss.* scilicet possessionem sequestratam penes Curiam Regis, non magis onerare arctioribus probationibus legitimum successorem, quàm si ipse possideret feudum, quòd à defuncto possidebatur. quia Curia dum detinet in seque-

sequestrum, non dicitur possidere ratione directi dominij. Hæc doctrina est vera, quando capta possessione per Curiam, successor intra annum à die obitus defuncti mouet controuersiam: quia tunc verè stat in sequestro possessio illa penes Curiam, non autem ratione directi dominij. At mota controuersia; post annum, doctrina Lanarij non est vera: quia tunc Curia verè possidet, non iure sequestri: dum in *S. post anni*, in illo cap. dicitur, agendum esse petitorio iudicio post annum: in quo petitorio iudicio oneratur successor actor, dum adstringitur probare titulum hominis, aut legis scilicet centenariæ præscriptionis: idque hodie palsim seruamus in Regno nostro, etiam si petatur inuestitura vetus confirmatiua, & sic in possessorio adipiscendæ: quod non obseruabatur antiquis temporibus ante nouissimam prouisionem Regis Philippi secundi; quo tempore sufficiebat exhibere inuestituram factam feudatario mortuo: ut testatur *Regens Lanarius loco cit. num. 176.* & ideo hodie vetus inuestitura tribuit ius, quia fit cum causæ cognitione. De iure communi feudorum, mortuo feudatario successor petens inuestituram veterem, non adstringitur docere titulum, scilicet exhibere primam concessionem, vel probare præsumptam inuestituram, *cap. si quis per 30. si de feud. defun. milit.* Sed sufficit exhibere inuestituram eius, cui succedere intendit. *10. And. in addi. ad Speculat. in tit. de feud. S. 1. vers. Porro Iacob. de Franchis in prælud. feud. num. 107.* Quòd si incidat questio de validitate inuestituræ factæ feudatario mortuo, cui succedere intendit: vel incidat questio de qualitate illius inuestituræ: tunc exhibenda est prima inuestitura, *Iacobus de Franchis in cap. 1. num. 5. qui succes. feud. dar. tene.* Quòd si petens admittit ad successionem, sit de collateralibus mortui feudatarij, cuius inuestitura non sit apta docere, num hic successor sit in gradu admissio à legibus feudalibus; ille tamen dicit, feudum esse antiquum, & se in gradu successibili: tunc nominare debet concedentem, & illius concessionem probare ad dignoscendum, num sit in gradu successibili. Et hoc modo intelligendus est *Bald. in S. cum autem, num. 7. de controu. inuest.* Non enim concedens nominandus est, quoties allegatur feudum antiquum, si ex inuestitura media deducere possit successor, se esse in gradu successibili. Nec obstant capitula extraordinaria allegata per *Bald.* quia cum in libello feudorum inserta non sint,

de eis non est habenda ratio, secundum *glo. in cap. 1. qui test. sint. neces. ad prob. feud. ingratid. & ibi Bald.*

¶ Nunc reuertamur ad conclusionem, nū officia habeant naturam feudalem? dicie fiscus, feudalem naturam retinere: quia validum est argumentum de feudis ad officia: citat *Dom. de Ponte in decisione 28. num. 5.* dicentem, validum esse argumentum de feudo ad officium, & de beneficio ad officium: quia fenda dicuntur beneficia, secundum *Andr. in cap. 1. S. fin. de feud. March.* & validum est argumentum de beneficijs ad officia, imò strictius proceditur in officijs, quàm in feudis: quia magis hærent ossibus Principis, cum illorum dominium non transeat in concessionarium, sed tantum quidam titulus ad finem vtendi administrandi & exercendi, *Capyc. in decis. 121. num. 5.* omne autem dominium officiorum remanet penes Regem, *And. in cap. 1. de feud. March. Franc. de Amicis in cap. 1. de his feud. dar. poss. incipit cap. natura officij, fol. 62.* citant etiam pro hac opinione, *Marrin. Frit. lib. 2. de subfeud. quest. 51. & 56.* Hinc *Diomedes Mariconda in constit. constitutionem diua memoria*, quæ loquitur in alienatione rerum feudalium, & dat eisdem contrahentibus autoritatem reuocandi alienationes factas sine Regis assensu: dicit, illam præscribere sibi vim etiam in officijs, quæ pariter sunt de Regalibus. Hæc sunt, quæ pro hac affirmatiua opinione afferuntur, sed satis leuia: & primò discutiamus autoritatem *And. qui loc. cit. col. 2. in fine, vers. possunt etiam*, distinguit, quod aliquando Regalia conceduntur alicui sicut administratio officij; tunc tantum in vita concessionarij durèt, licèt collata in modum feudi per inuestituram; quia electa fuit industria personæ ad illam administrationem gerendam. Deinde *col. 4. vers. præterea*, sibi videtur contrarius dum dicit, *si detur administratio dignitatis Marchionis in feudum forte, propter redditus iurisd. Elionis si certi erant, videtur valere; si autem incerti, non valet.* Sed hæc vltima verba soluunt difficultatem, nam *col. 2. in principio* dixerat in primo casu, *cum non sit feudum, nisi in rebus immobilibus, & solo coherentiibus*; & in fine d. *col. 3.* dicit, quòd si daretur super annua præstatione quam debet *Titius, valeret*; quia de Camera & Canneua potest. In primo igitur casu, redditus non erant certi, & ideo administratio Regalium collata in modum feudi, non valet vt feudum

feudum, sed sola administratio commissa dicitur; secus si fructus sunt certi. Dicit deinde num. 4. *si detur in feudum Marchionatus, vel Comitatus, ut in Comitatu Prouincia, id est, Prouinze, est verè feudum, quia sunt ibi terra*. Nota quòd in feudauerat Comitatum erectum. Vt cumque sit, ex his verbis *Andr.* colligitur, Regalia diuersimodè conferri, aliquando in administrationem officij; tunc in vita tantum durat concessionarij. Aliquando confertur administratio in modum feudi, vbi postquam locutus erat de administratione officij concessa, dicit, *licet collata in modum feudi*; dictio (*licet*) stat augmentatiuè, & sic probat, administrationem Regalium posse conferri simpliciter, vel in feudum; vbi autem dicit, in feudum: si redditus sunt certi, valet in vim & naturam feudi; vbi verò sunt incerti, non valet in vim & naturam feudi. Patet ergò, nõ probari ex hoc loco *Andr.* Regalia retinere naturam feudorũ; immò deducitur contrarium, dum postquam dixerat *col. 2. in fine*, quòd si Comitatus detur alicui sicut administratio officij, concessio durabit in vita concessionarij tantum, licet collata in modum feudi, vbi redditus non sunt certi; quia tunc non valet in vim & naturam feudi; ergo est differentia, an Regalia collata sint sicut administratio officij, an in feudum & valeat in naturam feudi, puta si redditus sunt certi; nam primo casu extinguitur concessio in vita concessionarij, quia electa est industria personæ tantum; in secundo casu, vbi valet in naturam feudi, transit concessio in hæredes iuxta feudorum naturam; nam ad hunc finem *Andr.* fecit distinctionem prædictam, ad concordiam scilicet illius *tex.* qui negabat successionem Regalium in hæredes, cum *præced. tex. de alien. feud. in fine*, vbi dicitur *esse usurpatum, hæredes succedere*. Et hic intellectus colligitur ex *Andr. ibidem col. 2. ibi*, Item nota quòd hæc iura; vbi mouet difficultatem, deinde *in fine d. col. in verbo, Possent*, facit prædictam distinctionem. Patet igitur, non esse verum ex sententia *Andr.* Regalia retinere naturam feudorum. Nec *Capyc.* hoc dicit *in decis. 121. & 77.* immò contrarium in *d. decis. 77. num. 12. ibi*, *Sed ista similitudo feudalium ad officia, non placebat mihi, nam non sunt ita prohibita possideri feuda sine titulo, sicut officia*. Et quamuis in Regno nostro ex dicta *Constit. Scire volumus*, officia Regalia prohibita sint

alienari sine Regis assensu, & sic conueniant in hoc cum feudis; non tamen dici potest communicata feudorum natura officijs, itaque dispositio vnus reguletur secundum naturam alterius: nam in Emphyteusis dispositione requiritur pariter assensus domini, *l. 2. & fin. C. de iur. emphyt.* & tamen dispositio feudalis *cap. 1. tit. an agnatus*, nõ præscribit sibi locum in Emphyteusi, ex communi sententia DD. relatorum per *Liparul. ad Andr. ibi num. 4. vers. querit glos.* Et ideo verior est opinio, non valere argumentum de feudo ad emphyteusim, quamuis in quibusdam conueniant, vt *Camer. docet supra fol. 14. col. 4. plenè Io: Baptista Caccialup. in repetit. cap. 1. de feud. cognit. vers. venio nunc ad septimum dubium*; nam omnis contractus habet similitudines, & dissimilitudines cum cæteris contractibus: non tamen ex hoc iudicantur idem, *l. quod nerua, ff. depositi*. Hinc legata & fideicommissa quamuis antiquitus multas similitudines inuicem haberent, non tamen ex vno inferri poterat ad aliud, donec specifica prouisione legis, natura vnus fuit communicata alteri in *l. 2. C. comm. de legat. in l. 1. ff. de leg. 1. ibi, per omnia exequata sunt, &c.* Si igitur communicatio naturæ vnus contractus ad aliud, est vis & potestas legis, vel habentis potestatem legis condendæ; non debent nostri Doctores ex eorum chimeris labi, quibusdam similitudinibus impellentibus ad communicationem prædictam. Nec obstat, feuda dici beneficia; & officia aliquando appellari beneficia; vt in *l. quicumque aduocatum, supra de pace tenen. & eius violat.* Est enim hoc argumentum falsum, arguens ex specie ad speciem ratione generis: vt enim *Andr. docet in l. fin. de feud. March.* beneficij nomen est generale, & sumitur pro beneficentia & liberalitate: & sub hac ratione feudum appellatur beneficium, & prædicatur sub genere beneficij, vt ad litteram probat *tex. in cap. 1. l. in primis, supra de feud. cognit.* Et sub eadem ratione beneficentia, prædicatur sub hoc genere beneficij, officium: dicit *Calepinus in verbo officium*: quia omnis actio hominis alteri prodesse debet, secundum *Ciceronem*. Et sub eadem ratione beneficentia, beneficia Ecclesiastica dici possunt officia: quia benefaciunt obtinenti. Igitur feudum, officium, & Ecclesiastica beneficia prædicantur sub genere beneficij: ergo, quia prædicantur sub eodem genere

genere, validum est argumentum de vna specie ad aliam, ita quòd natura feudi sit natura officij, & beneficij Ecclesiastici, ac è contra: est falsa consequentia, sicuti animal est genus, sub quo prædicantur homo, & equus: ergo, validum erit argumentum de homine ad equum: ita quòd natura vnus sit alterius: quàm sit falsum hoc, vnusquisque scit. Species enim, & si prædicentur sub eodem genere, habent tamen suas differentias specificas, quibus differunt inter se. Sic feuda, & officia, quàmuis prædicentur sub genere beneficij: habent tamen inter se differentias specificas: vt feudum fidelitatem illam in sex consistentem, *cap. 1. de for. fidel. & ad hæredes transmissibile, c. 1. de succ. feud.* officium verò, nudum ministerium absque fraude & fallacia, & ad hæredes non transmissibile. Secundum argumentum, quòd strictius proeedatur in officijs, quàm in feudis: cum dominium officiorum hæreat ossibus Principis, & in cõcessionarium non transeat: verum est, sed procedit in officijs existentibus in sua re- & natura, non alteratis: hæc habent strictiorem naturam, quia cõ sint personalia, facilius deuoluuntur quàm feuda: officia enim mortuo concessionario deuoluuntur seu aperiuntur domino: feuda verò non, sed transmittuntur successione ad descendentes ex corpore concessionarii. Nos verò loquimur in officijs alteratis in sui natura, concessis scilicet tibi & hæredibus: in his & ipse *Marin. Frit. q. 56.* dubitauit, num remaneant in sua natura personali: & dubitatio est orta *ex l. in annalibus C. de lega. qua lege, res sui natura personalis vt est annuum legatum, alterata per expressiõnem hæredum, transit ad hæredes, & heredum hæredes in infinitum: & sic inutilis foret nuda illa proprietas concedenti, si diceremus, eandem naturam personalem retinere, & dominium non in concessionarium, & eius hæredes translatum, sed adhuc penes concedentem remansisse. Et licet *Franc. de Amicis in cap. 1. de his qui feud. dar. poss. fol. 61. col. 2.* conetur demonstrare: officium sic alteratum, adhuc primeuam illam naturam personalem retinere, & dici potiùs commendatum hæredibus, quàm traditum: ita quòd quilibet hæres capiet officium vt nouum ex propria persona, & quasi ex noua concessione, instar vusufructus qui personalissimus est; q. si alteretur per expressiõnem hæredum, erit nouus, nõ idẽ vusufructus in personis hæredum, *ex gl. in l. repeti. in verbo hæredum. ff. quib. mod. vusufructus amit.* Nec obitare, dicit, *d. l. in annalibus**

cum præferibat sibi vim in his, quæ sui natura sunt transitoria ad hæredes. Sed hæc doctrina est satis periculosa, & trahit secum maximum effectum: nam si est nouum officium in persona cuiuslibet hæredis, & illud capie ex propria persona: non adstringetur esse hæres primi acquirentis, nec prædecessoris morientis, & per consequens nec eorum oneribus: quia illud non capit, & habet vt hereditarium, sed vt sibi concessum: ex his quæ scribit *And. in cap. 1. §. & si libellum. num. 11. de alie. feud. pat. in re concessa Titio, & Caio filio.* Nihilominus in concessione facta tibi & hæredibus, est communis conclusio; successores non posse rem concessam habere, nisi sub qualitate hereditaria prædecessorum; prout *Peregr. in tract. de fideicom. art. 32. nu. 11.* ex innumeris doctoribus probauit; & *Andr. in d. §. & si libellum. num. 9. circa mediũ* ea ratione, quia dum dominus, & primus acquirens expresserunt hæredes: sub qualitate hereditaria illos vocauerunt: proinde non potest successor alio iure venire quàm hereditario: prout etiam in usufructu concessio tibi & hæredibus, docuit *Io. Fasoli in cap. 1. de eo qui sibi, & hæred. suis: quæ refert Mar. Frit. in 13. auth. Bar. n. 9.* limita hæc conclusiõem in fideicommissis perpetuis & successiuis, fauore familiæ & agnationis factis: tunc. n. ex mète testatoris alteratur verbũ, hæredibus, vt diximus *in preclud. q. 8. sub n. 45.* Nec responsio data ad l. in annalibus, est vera: nã natura annui legati, nõ est transitoria ad hæredes, *ff. de an. leg. l. si in singulos: attamẽ propter verbũ, hæredibus, in legato expressum, sit transmissibile ad hæredes, vt dicit glos. 1. ibi: & sic prima natura est ita alterata de non transmissibili ad transmissibilem, vt cum hæc sint contraria, potest dici mutata natura. Idque fieri posse in naturalibus contractus, remanente tamen contractu in sua essentia & substantia, alterato tamen in his quæ per pactum inter contrahentes specificata sunt: docuimus paulò ante nu. 5. cum solutione ad d. l. antiquitas. Nam & usufructus ipse alteratus ex expressiõne hæredis, quàmuis sit nouus in persona hæredis, secundum *glos. in d. l. repeti;* non tamen ex propria persona, & proprio iure sibi debitus: hoc non dicit *glos.* Imò ex stipulatione defuncti, & hereditaria causa, affirmamus: idque autoritate *d. Io. Fasoli loco cit. existimantis, sub qualitate hereditaria ad successores venire.* Vnde obueniens nunc de nouo hæredi, efficitur de hereditate, & obnoxius erit huiusmodi vfu-*

- vsufructus creditoribus defuncti: *arg. text. in l. si creditores, §. sed si post, ff. de separ. vbi, quod hæres acquirit de nouo, si ex hæreditate acquirit, hæreditarium iudicatur: & nihilominus lucrum hoc nouum est in persona hæredis, nunc obuentum & in esse deductum post mortem testatoris, ex causa tamen hæreditaria de præterito. Existimamus igitur, hæredes in huiusmodi vsufructu, vel officio, obligari creditoribus defuncti: quod & Marin. Frit. docuit lib. 2. de subfeud. quest.*
- 13 53. num. 4. Nec demum obstat doctrina Diomedis Maricondæ; scilicet dari reuocationem ex constitut. constitutionem Diuæ memoriæ, etiam in contractibus super officijs: nam vt *Dom. de Pont. testatur in decis. 28. num. 29.* fuit magna altercatio inter Regios Consiliarios: *Sed fiseus in allegatione contra illos De Bernau-do, num. 212.* testatur in eadem causa de Sadeolis fuisse decisum, non dari reuocationem in officijs ante impetratum assensum domini: quia *Constitut. Diuæ memoriæ*, loquitur in feudis, & vti exorbitans non extendenda. Et hoc argumentum est vrgens contra eum, vt non sint æquiparata officia feudis, nec eandem habeant naturam, itaquod ex vno inferri possit ad aliud, & è contra, sicut est natura æquiparatorum: vt ad litteram probat *text. in l. 2. C. comm. de leg. ibi, & omnia que naturaliter insunt legatis, & fideicommissis inherere intelligantur: & contra quicquid, &c.* Nam quod domini assensus in vtriusque dispositionibus necessarium sit, non est ex natura æquiparationis inter ea: sed quia specificis Constitutionibus est id dispositum, scilicet in feudis *ex Constitut. Constitutionem Diuæ memoriæ*, & in cæteris Regalibus omnibus *ex Constitut. Scire volumus.*
- 14 Resolutis igitur argumentis eorum, qui existimauerunt, validum esse argumentum de feudis ad officia: & proinde officia in sui natura alterata per expressionem hæredum, regulari secundum naturam feudorum, & leges feudales. Ego contrarium existimo verius, scilicet non esse validum argumentum de feudis ad officia non concessa sub natura feudali: & per consequens huiusmodi officia non regulari secundum naturam feudorum. Quæ opinio, præter argumenta relata in *Pralud. q. 7.* dū de natura Regalium in genere verba fecimus, sub quo genere Regaliū officia huiusmodi sunt, optimè probatur ex illo argumento, quod commu-

nicatio nature vnus contractus ad alium, est vis & potestas legis, vel habentis potestatem legis condendæ: nam legata & fideicommissa habebant antiquitus aliquas similitudines & conuenientias inuicem, non tamen ex vno inferri poterat ad aliud, donec specifica prouisione legis fuit natura vnus communicata alteri, *l. 1. C. comm. de leg. ibi, Rectius igitur esse censemus, omnibus legatarijs & fideicommissarijs vnã naturam imponere. Et in l. 1. ff. de leg. 1. ibi, per omnia exequata sunt legata fideicommissis: sed plenius in l. 2. C. comm. de leg.* Nec ex eo quod de Regalibus sunt officia, iuxta feudalem naturam regulanda esse, nisi specificè in feudum concessa sint, vel per æquipollentia verba, probauimus ibi, *ex cap. 1. de feud. March. & quamuis in Regno nostro ex stylo Regiæ Cancellariæ, difficilius concedatur assensus in officijs, quàm in feudis, teste Dom. de Ponte in decis. 28. num. 62. & 63.* hoc multò magis comprobatur nostram opinionem, dum Regia Cancellaria diuersimodè procedit in eis: & iudices Regij non admittunt reuocationes contractuum in officijs ante impetratum assensum Régis, sicut admittunt reuocationes in feudis, vt dictum est. Et ex his decidi potest practicabilis quæstio, Num assensus à Rege Catholico concessus obligationibus feudorum pro dotibus mulierum Neapolitanarum, comprehendat officia, seu præscribat sibi vim in officijs? existimo, nõ comprehendi officia, nec gratiã prædictam præscribere sibi vim in officijs. Ratio est vrgens, quia feuda, & officia sunt quid diuersa inter se, nec eorum natura est inuicem communicata, nec officia regulantur ex legibus feudalibus: vt latius deductum est in præcedenti *num. 14. & 11. ac in Præjudij, quest. 7.* Assensus autem Regis non extenditur de re ad rem, *Andr. in l. Imperialem, num. 5. vers. Rigor tamen, tit. de prohib. feud. alien. per Frid.* Idque comprobatur stylus Cancellariæ Regiæ, dum in feudis passim & frequenter assentit, *Andr. loc. cit. num. 13.* In officijs verò numquam, aut rarò, *Dom. de Ponte decis. 28. num. 62. & 63.* Ergo, nedum sunt diuersa inter se, sed colligitur negatiua mens concedentis, vt dum gratiam fecit in consuetis, excludantur insolita & inconsueta, *extra de offic. legati, cap. quod translationem. & ff. de pecul. l. qui peculij, Andr. loco citat. num. 12. in fine, & 13.* Hoc solum assentiendi in feudis, & insolitum in officijs, operatur, vt licet ex parte

parte concessionarij concurrat eadem ratio, scilicet conseruatio dotium: ex parte tame concedentis est ratio diuersa: nam expressit gratiam in minus sibi damnosis, vt sunt feuda, quorum exca-dentia seu apperitio non tam passim fit Regi, sicut in officijs: nam feuda sunt in vtili dominio concessionarij, & transmittuntur ad hæredes: officia verò sunt in totali dominio Regis, solus titulus transfit in concessionarium, durante eius vita tantum, quo mortuo excadunt Regi: vt dictum est *supra num. 2. & 3.* Hinc fit, vt gratia hæc Regis Catholici, licet latissimè interpretanda sit, quia gratia Ptincipis est, *ff. de Constit. Princip. l. fin.* id intelligi debet circa ea quæ gratia exprimit, *Andr. loco cit. num. 4. ante Additionem*; expressa sunt autem feuda in gratia prædicta, vt est videre in *Priuileg. Neapol. fol. 42. cap. 20. & 21.* ergo, in feudis interpretanda est gratia latissimè: maius enim interesse Regis versatur in officijs, vt dictum est. Limita conclusionem in officijs concessis in feudum: quia hæc retinent naturam feudorum, & sic comprehensiuè includuntur, & omnia supra expressa deficiunt. Item limita conclusionem in officijs concessis tibi & hæredibus, & similibus: quia in his non requiritur assensus Regis, ob totale dominium translatum: vt dictum est *infra num. 20. & 25.* Et sic sumus extra casum gratiæ Regis Catholici; prout sic quoque declaranda est conclusio, vt præscribat sibi vim in illis officijs, in quibus requirebatur assensus Regis. Et nota ex dictis in *vers. & ex his decidi potest*, hoc eodem num. 14. quòd assensus requiritur specificus in hipoteca officiorum: nec sufficit assensus obtentus super hipoteca feudorum, is enim non comprehendit officia: rationibus de quibus ibidem.

Denum pro Coronide d. cap. Regis Catholici, est discutienda practicabilis quæstio. Num assensus à Rege Catholico concessus dotibus mulierum Neapolitanarum, vt pro illis feuda à contrahentibus obligata, concessus dicatur illo tunc instrumentis dotalibus: vt in *20. cap. d. Regis, & cap. 21. fol. 42. à tergo, in libr. priuileg. Neapolit.* comprehendat quoque interesse ipsarum dotium, ex mora officio iudicis debitum? Nam pro interesse conuento & stipulato inter contrahentes, certum est, assensum intelligi datum, *ex d. cap. 21.* dum ibi conceditur assensus instrumentis dotalibus: quo fit, vt quic-

quid continetur in instrumento, non alienum à natura feudali, comprehendatur sub assensu: vt optimè probauit *Dom. de Ponte in tractat. de potest. Proreg. in tit. de Assens. Reg. super dote, in rubrica, num. 14. & seq.* At in interesse debito ex mora non soluentis, vel non restituentis dotes in tempore statuto, Doctores non sunt concordēs: *Afflic. in l. Imperialem, in 12. not. quæst. 8. de prohib. feud. alien. per Frideric. testatur decilum, non comprehendendi huiusmodi interesse.* Et hanc opinionem multis medijs comprobat *Marrin. Frit. lib. 2. de subfeud. quæst. 20. Cannelius in repet. cap. volentes, Regni Sicilia, fol. 48. incipit, cap. & cum superius, & fol. 49. in cap. Non erit otiosa quæstio. Milanesis decif. 8.* vtuntur tali argumento, scilicet interesse huiusmodi esse separabile à sorte: quia si maritus, vel dotans soluunt in tempore, non debetur, & sic causatur & oritur immediatè ex mora & delicto debitoris, *ff. de vsuris, l. cum quidam, §. usura*: ergo, non est pars dotis, vel illi annexum interesse hoc, & per consequens non comprehenditur sub assensu, cuius natura strictissimi iuris est, *Andr. in d. leg. Imperialem, num. 13. vers. Rigor autem.* Et quòd interesse hoc sit separabile à sorte, probatur ex *l. fin. §. Lucius Titius, ff. de condi. indeb.* dum ibi, restitutio concessa super sortem, non trahitur ad interesse, vel vsuras, vti accessorium.

Camer. verò in d. l. Imperialem, fol. 51. col. 4. in fine, distinguit, vt si interesse venit à natura obligationis rei debita, vt sunt omnes contractus bonæ fidei, *ff. de vsur. l. mora, §. in bona fidei,* inter quos est contractus dotis, *Inst. de action. §. fuerat*: includatur hoc interesse sub assensu præstito: quia tunc, cum sit de natura rei deductæ in contractu, stat vt vnum cum re: & dominus cõsentiens cogitauit quod ius disponit, *Andr. in cap. 1. num. 8. qui success. tenean. el. 1.* Ius autem vult dotem & interesse, quia est bonæ fidei, vt dictum est: ergò, dominus cogitando dotem, cogitauit interesse permissum à lege, idest, insitum doti à lege. Secus verò, si interesse non veniat à natura rei, vt est in contractibus stricti iuris: tunc procedit argumentum partis aduersæ: cuius argumenti deceptio stat in hoc, quòd sumit naturam ab assensu, non à dote cui assensus est concessus. Cum autem sit indubitata conclusio: assensum regulari à natura contractus, cui concessus

sus est, nō ē contra, *Camer. in d. l. Imperialem, fol. 49. & 52. & ego ibidem sub num. 194. lit. E. & in §. praterea si quis infeudatus, sub num. 36.* Ratio est, quia in dubio, non expressa causa in assensu, præsumitur dominus prospicere vtilitati eius, in cuius beneficium assentit; dixi in *d. l. Imperialem, sub num. 32.* & ideo assensus regulatur à natura contractus quem confirmat: nimirum si interesse huiusmodi, vti naturale quid insitum doti, comprehendatur sub assensu. Replicant sectantes partem aduersam: hoc interesse oritur ex perfidia debitoris non solventis: ergo, si tempore contractus non erat, per consequens nec sub assensu tunc concessio: cum deinde oritur ex perfidia debitoris, non potest retrotrahi in præiudicium creditorum qui medio tempore contraxerunt, ff. *qui potior. in pig. hab. l. potior, & l. qui balneum.* Respondeo: tempore contractus dotis aderat qualitas illa naturalis annexa doti à lege, producendi interesse si debitor esset in perfidia, *d. §. in bonafidei, & §. fuerat, vbi glos.* illa qualitas annexa doti, cum sit vnum cum dote, comprehendebatur tunc sub assensu: quia dum dominus assentit doti, assentit iuxta naturam illi insitam à lege, *And. loc. cit. & ego in d. l. Imperialem, sub n. 194. lit. E.* cum autem ex perfidia debitoris causatur interesse actu, non causatur vt ex nunc totaliter; quia aderat illa qualitas naturalis dotis ex tunc, apta producere hoc interesse. Nec obstat, quod illa qualitas insita doti, producendi interesse, pendet à voluntate debitorum dotis, num soluant in tempore; & proinde impeditur retrotractio, *d. l. qui potior.* Nam respondeo, quod cum debitores non possint ex eorum voluntate resolvere qualitatem illam, quæsitam mulieri, eiusque hæredi: non impeditur retrotractio: sic probat *tox. in d. l. qui balneum in versic. quoniam tamen iam tunc in ea causa Eros esse cepisset, vt inuito locatore ius pignoris in eo solui non posset. potiore eius causam habendam.* Facti autem species proposita in *d. l. potior,* dispar est ab illa *d. l. qui balneum,* & nostra: ibi enim dicitur, *quod si tecum pepigero, vt si mihi mutuabis pecuniam, sit tibi res mea obligata. Secuto mutuo, impeditur retrotractio ad tempus pacti, & hipotecæ data.* Ratio est, quia dissolutio illius pacti, & hipotecæ datæ, pendet à voluntate mei debitoris: nam non poteram cogi recipere mutuum: & non recipiendo dissoluebatur pactum cum hipoteca. At in *d. l. qui balneum,* ius locatori

quæsitum in pignore, non poterat dissolui à sola voluntate conductoris, licet effectus pignoris super illo seruo, penderet à voluntate debitoris, num soluat mercedem. Sic in nostra facti specie: dederat dotem mulier, & sic quæsiuerat hipotecam cum qualitate naturali insitæ actioni de dote, vt si maritus non restitueret in tempore, consequatur mulier, eiusque hæres dotem, & interesse super bonis mariti. hanc actionem cum qualitate hac producendi interesse, maritus dissoluere non potest in præiudicium mulieris eiusque hæredis: ergo, nō impeditur retrotractio. Et sic voluntas illa negatiua debitoris in non soluendo, non impedit retrotractionem; quia dissolutio illius iuris quæsitum, non pendet à voluntate debitoris: sicut in *d. l. qui balneum,* non impeditur retrotractio, ex eo quod in voluntate debitoris erat, soluere mercedem, & impedire effectum hipotecæ tunc conuentæ. Et sic dispar est actus voluntarius debitoris in dictis legibus: nam in *l. qui balneum,* actus voluntarius circa solutionem, impedit effectum obligationis constitutæ, sed non dissoluit obligationem ipsam. Probatur, nam si vno tempore soluit mercedem, & sequenti tempore non; si ex prima solutione esset dissoluta hipoteca, non posset agere super pignore pro sequenti mercede. Hoc est falsum; nam locator paciscens de pignore pro mercede locationis, diuisa forsitan in solutione in diuersis temporibus: pro tota mercede pactus est. Ergo, soluendo conductor mercedem primo tempore statuto: non dissoluit, sed impedit effectum hipotecæ pro illa vice. At in *l. potior,* actus voluntarius in non recipiendo mutuum; dissoluit seū potens est dissoluere ipsam obligationem. Igitur, non omnis actus voluntarius debitoris, impedit retrotractionem hipotecæ, sed tantum ille voluntarius actus, qui dissoluit seū potens est dissoluere obligationem. In nostra facti specie, qualitas illa naturalis dotis, producendi interesse in beneficium mulieris eiusque hæredis contra maritum, vel dotantes forsitan perfidos in non soluendo: dissolui non poterat ab illis: quia sicut non poterant dissoluere ipsam actionem de dote, mulieri quæsitam: ita nec qualitatem illam naturalem dotis circa interesse. Voluntarius actus eorum in soluendo in tempore statuto, & impedire qualitatem illam naturalem dotis, vt non producat interesse: est impedire effectum illius, non dissoluere illam: nam si vno tempore statuto solvent, & in

& in alio tempore non soluent: in primo est impeditus effectus, non resoluta qualitas: aliàs si resoluta esset: non posset in sequenti tempore producere effectum. Igitur voluntarius actus eorum non est potens resoluere, sed impedire effectum: & sic non impedit retrotractionem, vt in d. l. qui balneum. Secundum argumentum partis aduersæ, ex l. fin. S. Lucius Titius, non obstat: nam natura restitutionis in integrum stricta est, vt veniat id tantum, quod peticum est: petita autem ibi erat ad sortem, non ad vsuras solutas: nimirum, si non includebat vsuras: vt glos. prima ibi declarat. At natura dotalis includit vtrūque, quia benefidei est, d. S. fuerat, Inst. de action. & d. l. mora, S. In bona fidei; nimirum, si vtrumque sub assensu includitur. Secus, si essemus in contractibus stricti iuris. Et hanc opinionem Camer. ad assensum Catholicis Regis super dotibus mulierum Neapolitanarum, vt comprehendat quoque interesse causatū ex mora debitoris, secuti sunt Dom. de Ponte in decis. 34. num. 38. testans ita decisum, & in consilio 64. Vine. de Franchis in decis. 613. sub num. 6. affirmans, ita decisum per Reg. Cameram & S. C. Et hac de causa, cum casus mihi accidisset in concursu creditorum Don Fabritij Lanarij, Ducis Carpignan; petebant enim hæredes Don Hieronymi Piccolominibus dotes maternas, tam interesse ex mora, non conuentum: & vt petebantur assensu Catholicis Regis. Ego dicebam, non eis prodesse quoad interesse, sed tantum quoad dotes: & quia videbam opinionem hanc Afflic. & asseclarum, debilibus argumentis foueri: vt ebar alio argumento, scilicet cap. Regis Catholici expressit causam illius gratiæ circa assensum dotibus mulierum Neapolitanarum, ne remaneant indotatæ mulieres. Causa sicut ampliat assensum in casibus vbi concurrat, ita quoque restringit in casibus vbi deficit, Camer. in l. Imperialem, fol. 49. littera H. & fol. 41. col. 4. & ego ibidem num. 67. Hinc decisum est, gratiam prædictam præscribere sibi vim tam in feudis mariti pro restitutione dotis, quam etiam in bonis loceri: licet ad litteram loquatur in bonis loceri: quia eadem causa conseruationis dotis viget in vtroque casu. Item præscribit sibi vim in restitutione dotis, & assecuratione: ex eadem ratione: nam ad litteram loquitur in restitutione. Sic pariter, etsi loquatur in contractu mutui facti eodem die de dote; fuit indicatum, etiam si diuerso die fiat, etiam

si fiat extra Ciuitatem Neapolis, licet loquatur cap. de stipulatis in Ciuitate, vt testatur Gizzarellus in decis. 74. num. 1. in nouissima compilatione, & Dom. de Ponte de assens. Reg. super dote, in rubric. num. 14. 53. & 44. & pistilla in d. cap. Hæc causa, ne remaneat indotata mulier, deficit in interesse: quia etsi deficiat interesse, non deficit dos; eò potius in hæredibus mulieris, in quibus omnino deficit causa prædicta. Nam muliere mortua, non est amplius dos, nec fauor mulieris, vt viuat & procreet filios, ff. sol. matr. l. 1. Cum igitur causa expressa in assensu in cap. 20. deficiat in interesse, sequitur, interesse non comprehendit ex mente concedentis sub hoc assensu, argumento ff. quib. mod. pign. vel hip. solu. l. sicut, S. illud videamus, vers. potest tamen, iuncta glos. & S. sed si permiserit, in principio. Nec ex verbis assensus comprehenditur: nam interesse non est dos; quia à dotante promissum non fuit. Et licet dubium sit, an sit annexum doti; attamen etsi annexum esset, ex quo causa expressa in principali, idest dote, deficit in accessorio: non comprehenditur accessorium sub gratia, glos. interlinearis in l. etsi is, C. de prædij. minor. Et ex eadem causa finali expressa in assensu prædicto, ne remaneat indotata mulier; ruit aliud argumentum, scilicet assensisse dominum præsumi, prout ius disponit: sed lex disponit, debet hoc interesse ex mora: ergo, &c. Ruit, dico, nam licet vera sit regula, attamen expressa causa in assensu, regulabitur assensus à iure circa causam expressam, non circa ea, quæ sunt extra causam, & proinde diximus, gratiam prædictam præscribere sibi vim tam in feudis mariti, quam loceri; item tam in restitutione dotis, quam in assecuratione: quia in omnibus his concurrat causa expressa, idest, conseruatio dotium. Et ex his Sacrum Concilium iudicauit pro opinione Afflic. & admisit hæredes d. Donnæ Hieronymæ super feudo ad dotes tantum: commissarius causæ fuit Don Gregorius de Angulo, in anno 1633. Actuarius Spera pro ferrarijs. Sed post, cum casus iterum obuenisset, cogitanti mihi super hoc argumento, obuenit difficultas. Regi Catholico Ferdinando à Ciuitate nostra in eodem tempore bis supplicatum fuit pro assensu huiusmodi: 1. in cap. 20. pro obtinendo assensu super contractibus dotalibus pro præterito stipulatis, in quibus reseruata, erat impetratio assensus Regij super

per feudilibus : & deinde incuria maritorum, vel eorum ad quos spectabat, non fuerat impetratus : & hoc modo mulieres amittēbant earum dotes . In hac narrativa Ciuitatis supplicantis pro dotibus de præterito, affertur ratio, remanere indotatas mulieres, non in petitione ; & sic est causa impulsua ad supplicandū, non finalis ad concedendum : quia in conclusione petitionis, & in decretatione Regia nil de causa hac, sed simpliciter per verbum (*placet*) quoad obligationes factas iuribus alterius semper saluis. Item etsi expressa esset in decretatione, ad litteram petitio, & concessio erat super contractibus stipulatis de præterito, & sic non poterat trahi ad futuros contractus . Deinde in seq. cap. 21. supplicauit pro futuris contractibus dotibus, his verbis . *Item supplicano, che in tutti l'istromēti dotali, che da qua auāte accaderāno farse, &c.* In hoc e. nil de causa præd. Igitur, tum quia causa expressa in 20. cap. non est finalis, sed impulsua, prout sic semper præsumitur, *gl. fin. in l. 2. §. fin. ff. de don. nisi aliter probetur finalis, vel quia in decretatione, vel conclusione petitionis, vel expressa sit causa cōditionaliter, vel sub vi annullandi dispositionem, ut per Franc. de Amicis, in e. 1. de his qui feu. dar. pos. fol. 79.* Impulsua igitur nil operatur, *ff. de postul. 2.* cum etiam quod esset finalis in illo cap. 20. non loquitur in cōtractibus futuris, sed præteritis tantum ; & extensio nō fit in hac materia rigorosa assensus, de tempore ad tempus, *And. in d. l. Imperialem, n. 3. in fin.* Proinde argumentum deductum supra ex causa, ne remaneret indotata numer, ruit : & remanet finalis conclusio *Camer.* & affeclarum, ut includatur interesse ex mora : uti quid naturale doti, & omnibus contractibus bonæ fidei. Num autem assensus *d. cap. Regis Catholici*, sit subsidiarius super feudis? scripsit *Camer. in cap. 1. nu. 157. an agnatus vel filius defuncti.* quem impugnat *D. de Pont. loc. cit.* & alia vice discutimus . Nunc reuertamur ad nostram materiam officiorum, ut iure feudi non censentur .

Amplia conclusionem : ut nec in feudum iudicentur concessa, etiam si in concessione dictum sit, inuestimus te & tuos descendentes ex corpore, & quod scribatur in quinternionibus : ut probauimus in *Prælu. q. 7. vers. Amplia conclusionem, n. 36.* Sat autem est demonstratum in petitione, succedere in officijs Regalibus alteratis pro hæredibus, nedum descendentes eius qui tenebat officium, verum

etiam collaterales descendentes à primo acquirente : & ratio est, quia omnis concessio intelligi debet facta secundum leges Regni, in quo sita est res concessa, *argument. l. si fundus, ff. de euiden. in l. 1. §. si prius, ff. de aqu. plu. arc. Bald. in tit. de pace Constatin. verb. si qua controuersia, num. 1. And. in tit. de no. for. fidel. num. 7. circa finem, ibi : nisi esset in terra Ecclesia.* Nam Regionis seruanda est consuetudo, *l. semper in stipulationibus, ff. de reg. iur.* Et sic intelligenda est regula illa, ut præsumatur forma iuris cōmunis, & non forma privilegiorum : ut per *And. in Constat. Vt de successioneibus, col. 4. & col. 1. ver. ex collateralibus, & in cap. naturales, sup. si de feud. defun. milit. Lucas in l. 1. C. de impo. lucr. descrip.* Sed in Regno nostro, siue in allodialibus per *Constat. In aliquibus*, siue in feudalibus per *Constat. Vt de successioneibus*, admittitur linea collateralis morientis vsque ad certos gradus . In Regalibus autem simpliciter concessis, non reperitur certa forma succedendi declarata : ergo non debet dici exclusa linea collateralis, admissa ex legibus Regni tam in allodialibus, quam in feudalibus . Et ex eadem ratione debet admitti fæmina ad successionem horum Regalium, quia ex iisdem legibus Regni admittitur in allodialibus, & feudalibus : & sic decisum in officijs Regalibus, testatur *D. de Franch. in decis. 627.* in cuius demonstrationis facti relatione errauit author, dicens, filias fuisse in testamento institutas hæredes : dum licet fuerint institutæ hæredes in allodialibus, fuerunt tamen specialiter exclusæ ab officijs, vocando masculos iuxta fideicommissarijs institutis contradicentibus fuerunt immixtæ in possessione officij : & sic fuit cognitum petitorium in simul cum possessorio, dum filix non institutæ in officijs, non poterant proponere remediū, *l. fin. C. de edict. diu. ADR. toll. & licet Marin. Frit. lib. 2. de subf. q. 51.* contrarium existimet, ut concessio officio pro hæredibus, non succedat fæmina : quia cū officij natura sit personalis non transmissibilis, ac pariter personæ industriam requirat, *l. Constat. ff. de curat. furios. si Rex in vno alterauit illius naturam, ut transeat ad hæredem : non censetur in alio non expresso dispensasse, ut habeat fæmina hæres, argum. cap. 1. de feu. non hab. prop. nat. feud. cum repugnet naturæ officij, exerceri per fæminam quæ est exclusa à ciuilibus officijs, l. 2. ff. ad velleia. l. in multis, ff. de stat. hom. l. prima, §. sexum, ff. de postul.*

postul. leg. femina, de reg. iur. cum proprium sit feminei sexus, verecundè in domo agere. *Eccles. cap. 22.* in forensibus autem negotijs non potest verecundè versari, nec verecundè agere propter honestatem sexus, propter imbecillitatem intellectus, ac tarditatem ingenij: ergo interpretandum est verbum, hæres, ex natura rei, & iuxta illius naturam declaranda concessio, scilicet de hærede virilis sexus, arg. l. si quis stipulatus, ff. de vsur. l. si uno C. loca. Contrarium tamen vidimus passim seruari, vt femina succedat; & ratio desumi potest ex cap. dilecti filij, extr. de arbi. Vbi factò compromisso in feminam, & per eam lato laudo: orta que discussione super validitate illius, dicit Pontifex, quòd quamuis secundùm regulas iuris ciuilibus, foemina à publicis officijs sint repulsa; at tamen cum ex generali consuetudine illius Regni femine iurisdictionem habeant in subditos suos; ideo capaces quoq; sunt exercitij iurisdictionis; Et sic laudum iudicatum fuit validum. Sed in Regno nostro, femina succedunt in omnibus feudis cum iurisdictione in vassallos; ergo capaces sunt quoq; exercitij iurisdictionis, & per consequens publici officij. Sentiens Marinus difficultatem, dicit, quòd ibi habebat Comitissa iurisdictionem in dominium, & non in officium: quam iurisdictionem habuerat ex successione maiorum suorum, & reperiatur in quasi possessione ipsius: quod non haberet locum, si ipsa peteret immitti in possessione officij, in quo repugnant regulæ iuris. Sed hæc solutio non pertingit medullam tex. nam ibi non agebatur de nullitate actus iurisdictionalis exerciti per feminam in subditos suos, sed agebatur de nullitate laudilati per feminam ex compromisso in eam factò per alios, & dicebatur de nullitate laudi, eò quia femina non est capax officij publici, vt est iudicare: at tamen Pontifex contrarium respondet, & resoluit argumentum de inhabilitate sexus ad publicà officia, dicens: quia generali consuetudine legibus approbata in Regno illo, femina habet iurisdictionem in subditos suos. sensus est, si est capax iurisdictionis, ergo est capax publici officij, quia iurisdictionis est publici officij: & per consequens argumentum incapacitatis ad publicà officia, allatum per Pontificem in tex. illo, remanet solutum ex capacitate iurisdictionis tributa femina ex approbata consuetudine Regni illius.

Ergo pari ratione, cum in Regno nostro femina sit capax iurisdictionis ex successione feudorum, est quoque capax publici officij: ex verecundia autem sexus feruet per substitutum: & sic natura officij concessi pro hæredibus, non excludit feminam in Regno nostro, quo fit, vt necessaria non sit expressio alterationis naturæ quoad hoc: sat est, Regem alterare seu immutare naturam officij per expressionem hæredum, vt tunc alterata & immutata etiam dicatur natura officij quoad industriam personæ: cum Rex futuros hæredes non cognoscat, ex Bald. Cyn. Capic. & alijs dictum supra num. 7. Eò potius si concessit hæredibus cum potestate seruiendi per substitutum, tunc personæ industria in tali officio non dicitur requisita, Bar. in l. 1. num. 3. C. de præpos. agen. in rebus lib. 10. vbi dicit, posse quem seruire per substitutum, nisi ad officium requiratur industria personæ. Ergo seruire per substitutum, & industria personæ, sunt contraria: proinde data potestate substituendi in officio, dicitur alterata & immutata natura industriæ personæ requisitæ. Comprobatur, cum clausula hæc referri non possit ad impedimentum temporale, puta infirmitatis, & huiusmodi: quia absque clausula prædicta potest substituere de iure communi, ex causa alicuius impedimenti, vt in auth. de collator. §. antequam, in auth. de administ. §. 1. & leg. 1. §. huius, & ibi glos. ff. de officio eius qui man. vnde data potestate substituendi in priuilegio, debet concessio aliquid operari ultra ius commune, alias elusoria esset concessio, l. prima & leg. Imperatores ff. ad municip. leg. si quando, ff. de legat. primò authen. habita C. ne fil. pro patr. Dyn. in cap. ea que, de reg. iur. in 6. Igitur femina, quæ ex legibus Regni nostri est capax iurisdictionis per successionem, est quoque capax publici officij, dict. cap. dilecti filij: & per consequens Rex concedens pro hæredibus, interpretandus est de hæredibus secundum leges Regni, & sic de femina, quæ ex legibus Regni habilitata est ad successionem etiam feudaliem, pro quibus debetur seruitium personale, & militare, & id est principaliter in obligatione ex parte feudatarij in Regno nostro, licet possit eligere pecuniam pro seruitio; vt scripsi in l. Imperialem §. firmiter, num. 27. de prohib. feud. alien. per Frider. Vnde sicuti, tunc seruiet per substitutum

in feudo, *Iacob. de S. Georg. in traēt. de feud. in verbo, & promiserunt, num. 30. vers. sexto excusatur, Andr. in cap. si quis decesserit, num. 2. si de feud. defunct. milit. cont.*
 17 sit. Sic pariter in officijs. Et hoc argumentum tringit etiam in officio concessio cum potestate nominandi hæredem, vt possit instituere hæredem fæminam, eamque nominare in officio: quia si fæmina est capax successionis ab intestato officij concessi pro hæredibus, pariter erit capax successionis ex testamento, *argum. S. legari Inst. de legat.* Et ita seruatum vidimus in officio actorum magistri S.R. Concilij de Ciuitella, & successiuè de Mondellis, & in alio Ascanij Longhi, qui nominauit hæredem vxorem suam. Licet contrarium sentiat *Marin Frit. loc. citato, quest. 50.* Nec obstat eius ratio, quod debet nominare hæredem habilem pro exercitio. Nam in Regno nostro habilis dicitur, dum est capax iurisdictionis, vt probatum est supra: sed ob verecundiam sexus seruiet per substitutum. Quod si in concessione fuerit data potestas substituendi, multò fortius cessabit argumentum *Marini*: cum tunc fit immutata natura officij, vt dictum est. Ex tali autem inuestitura prospexit Rex potius personæ concessionarij vt habeat hæredem, quam exercitio officij: nam respectu exercitij prouidit dando potestatem substituendi, & sic aliud est exercitium officij, aliud vero successio: respectu exercitij debet esse masculus, & idoneus iuxta qualitatem officij: respectu verò successionis cum potestate substituendi in exercitio, sat est, esse habilem de iure ad succedendum, & sic habere testamenti factionem passiuam. Amplia conclusionem in Regno nostro, vt fæmina succedat in officijs, etiam concessis in feudum: quia fæmina per *Constitut. In aliquibus, & Vt de successioneibus*, est habitata ad successionem feudorum: extra Regnum non succedet: nedum ratione qualitatis feudalis, *S. hoc autem notandum, supra de his qui feud. dar. poss.* sed etiam ex natura publici officij, cuius non est capax fæmina de iure Romano: & militant omnes rationes fisci supra relata: & ego non benè dixi in hoc, in *l. Imperialem, S. praterea Ducatus, num. 42. vers. extra Regnum*: nam alteratio naturæ officij ex expressione hæredum, coarctanda & declaranda est à natura rei deducta in concessione, scilicet de hæredibus virilis sexus: nè duæ dispensationes ex vna alteratione orientur, scilicet vt quod

non est transmissibile, fiat transmissibile: & transmissio fiat ad incapaces ex natura rei concessæ de iure communi: contra regulam *l. i. C. de dotis promiss.* de non multiplicandis specialitatibus in vno subiecto. Quod si ex legibus, vel consuetudine Regni alicuius, fæmina succedat in feudis cum vassallis: tunc ratione capacitatis iurisdictionis, quam consequitur ex habilitate ad succedendum in feudis iurisdictionibus, erit quoque habilis ad officia publica, *ex cap. dilecti filij, extra de arbitris*, iuxta inductionem supra: & per consequens non est dispensatio respectu personæ quæ succedit, & militant omnes rationes allatae pro fæminis Regni nostri. Igitur fæminæ sunt inhabiles ad successionem officiorum, exceptis locis in quibus essent habitatae lege, vel consuetudine ad successionem feudorum
 18 iurisdictionalium. Num autem data potestate substituendi, possit substituere Principe irrequisito: an verò debeat prius certiorari Princeps per substituentem, & dari notitia illorum, quos intendit substituere, vt videat an sint habiles? Fiscus dicit, esse certiorandum Principem de persona substituendi, prout ex *Falyno, Azeuedo, Bouadilla, & alijs probat Mastrill. de Magistrat. libr. 1. cap. 29. num. 41.* dicens, in Regno Siciliæ ultra Phatum esse speciali lege id dispositum, similiter in Hispania. Pro fisco ponderatur *Bart. in l. i. num. 4. Cod. de præpos. agen. in rebus, libr. 10.* dicens, qui vult seruire per substitutum, semper debet seruire per homines æquè idoneos & sufficientes. Sed non obstat, quia si insufficientes erit substitutus, expelletur: prout pluries vidi seruatum. Inducitur quoque *text. in l. i. S. à præfectis, ff. de legat. 3.* Sed non obstat secundum *Bald. ibi*, loquitur enim in subrogato in locum defuncti Magistratus: at in magistratu viuente, num possit substituere? *Bald. ibi* affirmat. Vel secunda solutio erit, *text.* loqui in magistratu, cui datum est ius deportandi, dicens, esse præfectum prætorio, vel vicepræfectum constitutum de mandato Principis. Num verò possit officialis substituere, absque imperio deportandi? ibi non docetur. Vel tertio, non dubitamus esse prohibitum substituere ex legibus Regni nostri, vt in *Pragmatica 2. sub titulo de Administ. & quod personal. seru. Dom. de Ponte de potestat. Proreg. titulo de potestate substitut. in offic.* Sed difficultas est, data potestate substituendi in priuilegio,
 num

num requiratur adhuc licentia Principis? Mihi videtur congruè applicari posse quod discussam in feudis, & in emphiteusi: num facta inuestitura cum potestate alienandi, requiratur nouus assensus seu licentia domini in traditione rei? & in vtroque casu communis opinio est, non requiri; prout testatur *Camer. supra fol. 46. col. p.* & ita decisum per collaterale concilium in anno 1627. in causa Regis Fisci cum D. Marta de Arcaizaga, & Salvatore de Maio: & nihilominus Rex habet interesse seruitij præstandi per habilem: imputet sibi, dum generalem licentiam dedit: poterat enim arctare concessionem vt requiratur, arg. l. quidquid adstringende ff. de verb. oblig. Pariter lex feudalis dat potestatem feudatario subinfeudandi, dummodo æquali & strenuo, prout ipse est, det, cap. 1. §. similiter, supra de lege Conradi, & tamen non impeditur dare sine domino, licet æqualitas personæ, cui dat, requiratur: quia lex prouidet, vt si sit inhabilis, & non æqualis peritæ & strenuitatis: corruat subinfeudatio, d. §. similiter: & sic video seruari in officio Magistri actorum Regiæ Audientiæ Aprutij, quod fuit concessam Ecclesiæ Sanctæ Catherinæ ad Formellum, cum potestate seruiendi per substitutum: & nihilominus Ecclesia locat officium, nulla data, notitia Proregi, nec Præsidi Audientiæ prædictæ de personis substituendis: est verum, quod si reperti fuerint minus habiles: Præses, & Auditores interdiciunt exercitium, & denuntiant Ecclesiæ quod substituat habiles intra certum terminum. Doctores verò citati per fiscum, loquuntur secundum leges speciales Siciliæ, & Hispaniarum.

Sed hic occurrit pulchra q. de qua per Regentem Moles in sua q. 12. num requiratur specifica facultas substituendi in priuilegio concessionis officij: an verò sufficiat implicite & relatiue ad priuilegia prædecessorum, scilicet si & prout tui prædecessores officiales tenuerunt hoc officium: ita quod si prædecessores officiales habebant potestatem substituendi, possit & ipse quoque substituere? Refert author variè decisum, primò, quod possit substituere, ex vi clausulæ prædictæ, si & prout tui prædecessores possederunt; cuius clausulæ vi, omnia concessa in priuilegio relato, intelliguntur concessa in referente priuilegio, Bar. in constitut. Ad reprimendum, in verbo prout, Aret. in cons. 76. Paul. Castr. in l. admomendi, num. 16. & ibi Doctores

ff. de iur. iuran. Secundo fuit decisum contrarium, non posse substituere: quia cum per Regiam pragmaticam secundam, titulo de Administrator. & quod personaliter seruiant, & non per substit. & in pragmat. 24. titul. de offic. S. R. C. data sit generica natura omnibus officijs ministerij, vt seruiant officiales de persona, & non per substitutum: alteratio naturæ debet fieri specificè, §. profecto sup. de leg. Conrad. Item deuoluto officio ad Regem, qualitas illa seruiendi per substitutum, dicitur extincta: argumento eorum quæ dicit And. in cap. 1. §. huius autem generis, sup. ex quib. caus. feud. amitt. scilicet feudum apertum Regi, non esse feudum penes Regem. Sed hoc argumentum ruit, nam penes Regem adhuc est officium: quia est nomen seruitij, vt dictum est supra num. 1. 2. & 3. & non potest desinere esse sic, vt scilicet deseruiat magistratibus. Non sic est feudum, quia penes dominum suum res illa est libera: & sic extinguitur qualitas feudalis. Respectu officij, dum Rex scit naturam generalem officiorum ministerij in Regno nostro, vt seruiant de persona, & non per substitutum: & non concedit simpliciter officium, vt intelligeretur iuxta generalem naturam: sed alterat restringendo se ad priuilegium prædecessorum: cuius relationis vis est, vt relatum sit in referente cum omnibus suis qualitibus. ergo, ex vi relationis dicitur specificè facta alteratio naturæ: argumento l. sed & posteriores ff. de legib. in vers. nisi contraria sint: vbi inducitur correctio legis præcedentis, ex sola contraria dispositione legis nouæ, licet specificè non dicat, corrigimus. Alij moderni videntes vim quæstionis residere in clausula, si & prout tui prædecessores, & c. dixerunt: clausulam prædictam nil operari, non facta specifica expressione illorum iurium, quæ prædecessores possederunt & tenuerunt: allegant l. cum de lanionis, §. fin. ff. de fund. instr. leg. Nisi clausula prædicta haberet specificam relationem ad priuilegium illius, qui primo loco tenuit & possedit cum iuribus illis, puta si diceret, prout Titius tenuit & possedit, l. asse toto, ff. de hered. institut. Sed aduertatur, quod in dict. §. fin. post clausulam prædictam fuerunt expressa in legato quædam, quæ comprehendebantur sub legato: & ex expressione illa dicitur restricta legati generalitas ad expressa tantum. Exemplum ibi affertur:

Q 3 vil.

villam meam ita vt ipse possedi cum supelle-
ctile, mensis, mancipiisque, quae in diem mor-
tis meae ibi erunt, lego. Cumque in die mor-
tis, testator teneret ibi quoque libros, &
vitreamina: quaerebatur, num libri quoque
& vitreamina includerentur in legato,
quoniam quaedam enumerasset? *Scevola*
respondit, specialiter expressa legato cede-
re. Ex his vltimis verbis colligunt moder-
ni, clausulam, ita vt possedi, nil operari, nisi
exprimantur iura. Sed salua eorum pace,
difficultas ibi proposita erat alia, scilicet
num expressio quarundam rerum com-
prehensarum sub generalitate legati, de-
terminet ac restringat generalitatem ad
expressa tantum? patet ex exemplo lega-
tae villae cum supellectile, ita vt ipse possedi in
diem mortis meae, dicit *glos. in verbo supelle-*
ctile, hoc est nomen generale; sequentia
specialia sunt, quae restringunt genus, & sic
libri, & vitreamina non expressa, vt spe-
cies includebantur sub genere villae instru-
ctae: patet ex *l. quasitum, §. Idem respondit*,
ff. de d. vbi domus instructa continet omne
quicquid ibi extat ad ornatum & vsum
patrisfamilias; & sic est genus, actamen,
quia post expressum genus aptum com-
prehendere omnia, expressit quaedam
comprehensa sub genere, scilicet mensas
& mancipia: dubium oriebatur, num ex-
pressio illa restringat generalitatem lega-
ti ad expressa tantum? & quod hic sit ve-
rus intellectus, colligitur ex illis verbis
tex. in d. §. fin. num libri quoque & vitrea-
mina includerentur in legato, quoniam
quaedam enumerasset. Pondera haec vltima
verba, quoniam quaedam enumerasset: & ha-
bebis, vim difficultatis à Iuriscōsulco pro-
positae, scilicet num expressio & enumera-
tio a testatore facta in legato, quarundam
rerum comprehensarum sub generalitate
legatae villae instructae, restringat generali-
tatem verbi ad expressa & enumerata?
respondit Scevola, specialiter expressa le-
gato cedere. Et sic affirmat *Scevola*, ex-
pressionem restrinxisse generalitatem ver-
bi. Et hoc modo summat *tex. illū Bar.* cum
glos. cōcordat tex. in d. l. cum de lanionis, §.
cui fundum. Igitur, ex ratione dubitationis
a Iuriscōsulco allata in illis verbis, quoniam
quaedam enumerasset; & ex *tax.* à *glos.* alle-
gato in *d. l. quasitum, §. idem respondit*, col-
ligitur, quod nisi fuisset facta expressio
quarundam rerum comprehensarum in
generalitate legatae villae instructae ita vt
possedi in diem mortis meae: absque dubio
fuissent comprehensi libri, vitreamina, &
alia quae detinebat ad necessitatem, & or-

natum villae, tempore mortis suae. Et in-
fertur ad nostram facti speciem, vt si Rex
concederet officium, vel feudum, si &
prout praedecessores tui possederunt, & te-
nuerunt, vel assentiret venditori cum om-
ni iure, & prerogatiua, prout ipse vendi-
tor, vel praedecessores tenuerunt, & posse-
derunt. absque dubio, relatio facta ad priui-
legia, & possessionem praedecessorum, in-
cluderet omnia iura, cum quibus possede-
runt praedecessores. Nam relatum est in
referente cum omnibus suis qualitibus,
d. l. esse toto. Ex quo *tex.* colligunt moder-
ni, quod si clausula praedicta sit relata ad
certam personam, seu ad certum priuile-
gium, puta *si & prout continetur in priuile-*
gio Titij praedecessoris tui, vel *prout possedit*
Titius praedecessor tuus: tunc operaretur
clausula. Ego addo, idem esse, si relatio
fiat ad duas, tres, vel plures personas, etiā
per nomina appellatiua, dummodo constet
de certis personis, vel scripturis, ad quas
fit relatio. Vt est clausula, *si & prout tui*
praedecessores possederunt, & detinuerunt
hoc officium, vel casttrum: Paria sunt enim
demonstratio per nomen proprium, vel ali-
qua demonstratione quae vice nominis fun-
gitur: vel adiiciendo verum numerum, vt
duos vel tres, *glos. sing. in d. l. quasitum, §.*
fin. in verbo, Non videri, circa principium,
in vers. verum si nominasset. Comproba-
tur ex communi conclusionem Doctorum
in *l. certum, ff. si cert. pet.* scilicet certum
dici illud, quod est certum ex se, vel per
relationem ad aliud. Haec relatio ad aliud,
probat in his legibus, scilicet in *l. vbi*
autem non apparet, §. illud ff. de verb. oblig.
in *l. ait praetor, §. si iudex, ff. de re iud.* quae
loquuntur de relatione ad certam scriptu-
ram & personam: *l. in summa, ff. de re iud.*
loquitur de relatione ad acta, & sic ad no-
men appellatiuum. Igitur, demonstratio
huius clausulae, *si & prout praedecessores of-*
ficiales in hoc officio, illud tenuerunt: est cer-
ta per relationem ad nomen appellatiuum,
quod vice nominis proprii fungitur. Nec
facienda est differentia, num clausula haec
apponatur in nouis inuestituris, an verò in
assensibus super venditione: nam in con-
tractibus domini translatiuis, assensus di-
recti domini equipollet nouae inuestiturae
in persona emptoris, dum confirmando
contractum, ipse dicitur dare: vt plenè dis-
serui in mea repetit. *l. Imperialem, num. 37.*
lit. T. & in §. praeterea si quis infeudatus,
sub num. 34. lit. N. Sed haec conclusio est
vera, cum in assensu ponitur clausula praedicta,
quod raro accidit: immo in Regno
nostro

nostro fit secus, apponitur enim clausula, quoad expressa tantum, *Gizzarellus decis. 70. num. 4* Quo casu, si in petitione assensus apponitur clausula, *si & prout predecessores Barones tenuerunt, & Rex* in assensu dicit, quoad expressa tantum: nil operatur clausula, *si & prout, Frezza de subfeud. lib. 2. q. 15. Gallupus in methodo par. 2. cap. 1. num. 13.* Sed quamuis rationes hæc sint urgentes pro prima opinione, ego libenter adhereo secundæ, ut sub clausula prædicta non veniat potestas substituendi. Ratio est, quia in pragmaticis prædictis mandatur, quòd nõ seruiat per substitutos, absq. expressa licentia Regis. *Et in pragmatica 2. §. 12. titulo de offic. iudic.* mandat Rex, officia de cetero non concedi, nec concessa intelligi cum potestate substituendi. Et sic est de reseruatis insolitis concedi. Quo fit, ut non sufficiat ratio ad aliud, ubi requiritur esse quid certum & expressum, *glos. in cap. si Episcopus, in verbo, certis, de praben. in 6. Iason in l. certum, in princ. citans alios, ff. si cert. pet. Afflic. in constit. Ea qua ad decus, num. 25.* Non enim sub clausula prædicta comprehenduntur insolita concedi, *Afflic. ibid. num. 26. ad tex. in l. Item apud Labeonem, §. hoc adiectum, ibi, ea enim que notabiliter fiunt, nisi specialiter notentur, videntur quasi neglecta, ff. de iniurijs.*

Clausula igitur, *si & prout predecessores tenuerunt, & possederunt:* operatur in omnibus Regalibus solitis concedi, ut est merum imperium, hodie; nam antiquitus non erat sic, *Afflic. loco cit. num. 25.* sublimat *Aff. ibidem num. 27. circa medium,* si Rex concederet aliquod castrum, in quo ipse non haberet aliud, nisi Regalia hæc intolita: tunc, nõ videatur concessio inanis: comprehendenderetur hæc. Sed quid, si clausula referret se ad scripturam, cum clausula, cuius tenor habeatur pro expresso: num operetur vim clausulæ specificæ? videtur quòd sic, *Paul. & Angel. in omnes C. de prescrip. 30. vel 40. ann. Alex. cons. 30. vol. primo, Marin. Frit. lib. 2. q. 15. & ita decisum, testatur Regens Moles in q. 11. tit. de deuotionibus.* Item clausula prædicta aliquando declarat qualitatem expressorum in privilegio; quia ex possessione predecessorum Baronum declaratur privilegium, *Vinc. de Franchis decis. 56. ante num. 6. & num. 6. Aff. in cap. 1. num. 34. de capit. qui cur. vend.* Non tamen includerentur tunc sub clausula prædicta appellationes: quia hæc sunt de Regalibus insolitis, & competunt Regi ratione supremi dominii; & sic consti-

tuunt speciem distinctam à iurisdictione & imperio, *Aff. in d. Constitut. Ea qua, nu. 26. & 27.*

Item quando post clausulam prædictam essent specificata quædam simpliciter absque clausula prædicta, & hæc specificata essent difformia ab his quæ concessa erant predecessoribus Baronibus; tunc dicitur restricta concessio in his specificatis: respectu quorum iudicatur nouum priuilegium, *Vinc. de Franchis decis. 192. num. 9. & seq.*

19 Inferitur igitur ex prædictis interpretationis fiscalibus reiectis; in officiis sic alteratis per expressionem hæredum, omnes hæredes succedere, etiam extraneos: pro ut specificè in Regalibus senserunt *glos. in l. unica C. si liberal. Imper. Soc. lib. 10. Bar. & Io. de Platea ibi, Cyn. Salyc. Alex. & Ias. in l. 1. C. unde vir. & vxo. Soc. iun. cons. 73. num. 9. vol. 1. & de cõmuni testatur Peregrin. in tract. de Iur. fisc. tit. 2. de his qui iura fiscalia tenent, num. 102. Valenzuola Piscator in d. l. unica, num. 20.* Ratio est vrgens, quia sumus in materia indifferenti, cum nec à lege cõmuni, nec Regni nostri sit expressum in officiis, sicut est expressum in feudis in §. & si clientulus, supra de aliè. feud. de hæredibus corporis intelligi: quo fit, ut verbum, hæres, in concessione expressum, interpretari debeat secundum propriam sui naturam à lege cõmuni *in l. sciendum, & l. hæredis ff. de verb. signif. & sic de omnibus hæredibus in infinitum, etiam quòd verbum, hæres, expressum sit in re de sui natura non transitoria ad hæredes, ut est annum legatum, ex l. in annualibus C. de legat. eò potius cum clausula, ex corpore descendantibus, sic stricti iuris, & non præsumatur, nisi exprimatur: ut *And. docuit in constitut. ut de successioneibus, in verbo fratres, col. 3.**

20 Hinc inferitur, quòd cum perpetuus vsus & fructus huius officii sic alterati per expressionem hæredum, spectet ad aliud, concessionarium scilicet, & eius hæredes in infinitum: dominium seu illa nuda proprietas penes Regem esset inutilis, *l. 3. §. nõ tamen, ff. de usufru. & ideo per se nõ censetur inutiliter, sed cedit ei qui habet perpetuum vsu, & sic proprietas absorbitur ab vsu perpetuo: ling. tex. in l. donationes, §. species, ibi, nec ab vsu proprietas separatur, ff. de donat. l. id quod, §. 1. ff. de peric. & cõmod. rei vend. Bal. in l. riparum, num. 1. circa medium ff. de rer. diuis. Capyc. dec. 188.* Et hanc opinionem, quòd dominium officii sic alterati per expressionem hære-

hæredum, sit concessionarij & eius hæredum: tenet *Dom. de Pont. in decis. 28. num. 62.* ibi, quando enim conceditur officium pro hæredibus. Sed aduerte, quòd non loquor de Dominio illo supremo Regio seu iure superioritatis, quod est inseparabile à Corona: vt in *Preludijs docuimus quæstione 3.* sed loquor de dominio inferiori, quod est libera potestas disponendi de re: iuxta quem sensum Iurisperiti locuti sunt in *ff. de acquirendo rerum dominio: de quo in Preludijs quæst. 4.* Nec obstat assumptum *Capyc. & aliorum ex cap. 2. extra de donat.* dominium scilicet officiorum esse ita affixum offibus Regis, vt numquam transeat in concessionarium instar beneficiorum Ecclesiasticorum. Siquidem non est paritas inter ea: cum Episcopus nou habeat dominium rei beneficialis, sed administrationem, & dispositionem, vt dicitur in dicto *cap. 2. quia dominium bonorum Ecclesiasticorum est Dei, Innoc. teste, quem sequitur Abbas in cap. cum esset, extra de testamen. Nauarr in suo tract. de spolio, in repetit. cap. non liceat Papa, 12. quæst. 2. in §. 2. per illum tex.* quia vnusquisque fidelium illa offerens, habet relationem ad Deum in oblatione, sperans remunerationem in spiritualibus, vel temporalibus: & ideo Episcopus donans rem Ecclesiæ, non potest transferre dominium, quod non habet, sed transfert quod habet, administrationem scilicet, & dispositionem. At Rex habet dominium omnium Regalium Regni hæreditarij, *glos. in proemio Constit. Regni, col. 4. & 8.* Et sic non est defectus potestatis in eo: & ideo perquirenda est voluntas illius in concessione: vnde, dum non taxauit personas successuras in officio, sed concessit hæredibus, qui ex lege communi sic interpretante, ad omnes successores infinitum protrahuntur: & consequenti necessario, proprietates absorbitur ab vsu & fructu perpetuo, vt dictum est: talis præsumenda est voluntas Regis in concessione, qualis à lege interpretatur, *Andr. in cap. 1. num. 8. circa medium, tit. qui success. terren.* Quòd si ex verbis concessionis constaret, voluisse officium ad se reuerti aliquo casu, puta si concederet primo hærede, vel secundo, & tertio: vel hæredibus ex corpore descendentibus: tunc, quia voluit excidentiam in certis casibus, ad *tex. in l. illud, C. de legat. Cyn. in auth. Sed & si quis, C. de secund. nupt.* dicendum est, retinuisse penès se directum

dominium; vt plenius docuimus in *Preludijs q. 7. vers. Hæc tamen sublimitatio.* Vbi etiam verba fecimus de effectibus harum inuestiturarum, & signanter, num. præscribat sibi vim *Constitutio, Scite volumus.*

Sic pariter respondendum est, si Rex concederet tibi administrationem officij; tunc, quia expressum in concessione formaliter est administratio officij seu seruitium personale; non erit translatum dominium; ex his quæ scripsit *Andr. in cap. 1. col. 2. in fine, vers. possunt etiam, tit. de feud. March.* Limita hoc, si talem administrationem concessisset in feudum, & haberet certos redditus: tunc quia substatinetur concessio in vim feudi, *Andr. loc. citat. col. 3. vers. præterea:* & de essentia feudi est, vt dominium vile transeat in concessionarium, *supra de inuest. de re alien. fac. §. rei autem, iuncto §. fin. in quib. caus. feud. amitt.* dicendum est, vile dominium esse translatum. Secus si administratio concessa non haberet certos redditus; tunc non valet concessio in vim feudi, ex *Andr. d. col. 3.* Secunda limitatio erit, quando administratio officij concessa esset tibi & hæredibus: tunc transit etiam dominium, quia inutilis esset illa nuda proprietas Regi: vt dictum est in *Prelud. quæst. 7. vers. sublimita conclusionem.* Quòd si in concessione vtatur verbo *Commendamus, puta Commendamus tibi tale officium:* adhuc sola administratio transfertur: vt dictum est in *Preludijs quæst. 7. vers. Conclusio hæc limitanda est:* de qua scribit etiam *Regius Consiliarius Scipio Theodorus cons. 31. num. 3.* Sublimita, si commendasset tibi & hæredibus: tunc dominium transiret, ex eadem ratione inutilis proprietatis nudæ penès Regem, vt in *d. quæst. 7. vers. sublimita conclusionem.*

22 Sed quid, si Rex concedat officium simpliciter: num dominium, vel administrationem concessisse videatur? existimo administrationem concessam, non dominium: nam cum natura officij sit personalissima, vt dictum est: in qua personæ industria dicitur electa, *arg. leg. inter artifices, ff. de solut.* nè exercentur per alienigenas sibi suspectas, vel personas sibi inconfidentes, vt *Dom. de Pont. dicit in d. decis. 28.* In dubio, vbi Rex non expresse rit quid concesserit; declaranda est concessio ex natura rei concessæ, *ff. de verb. obligat. l. stipulatio ista, §. si quis ita;* vt cum persona concessionarij extingatur.

In.

23 Inferitur primò ex expressione hæredum in concessione facta, quòd quamuis officia locari, vel per alium exerceri non possint absque licentia Regis; quia dum committit officium alicui, administrationem committere dicitur, ex natura rei, vt dictum est supra, *arg. ff. de verb. obligat. l. stipulatio ista, §. si quis ita*: & sic illius personæ industria electa, ad text. in *l. inter artifices, ff. de solut. Capye. dec. 171. D. de Pont. dec. 28. num. 45*. Et est text. singul. iuncta glos. prima, in *l. officia C. de offic. quæstor.* Secus erit in officijs ecclesijs tibi & hæredibus, quia vbi exprimit hæredes, non eligit industriam personæ, cum futuros hæredes non cognoscit, *Bal. & Cyn. in l. quisquis, C. de Episcop. & Cler. Felyn. in cap. in presentia, col. 24. extra de probat. in cap. fin. col. 5. de offic. deleg. Capye. decis. 10. num. 12*. Sublimitabitur conclusio, vbi in concessione hæredes corporis expressi essent; quia tunc exercitium demandatum dicitur à domino certo generi personarum, & sic concurrat interesse voluntatis.

24 Inferitur secundò ex qualitate hæredum expressa in concessione; posse huiusmodi officia hypothecari absque assensu Regis, *Dom. de Pont. decis. 28. num. 56. & 57.* dicit, opinionem hanc de iure communi veram, præcipuè quando adesset clausula, *cum facultate vendendi*: deinde *num. 26.* dicit, requiri assensum sicut in feudis, sed primam opinionem teneo, scilicet officia concessa tibi & hæredibus, posse hypothecari absque assensu Regis. Idque probatur in *l. fin. C. de pignor. supposito prius*, militias in legibus Romanis sumi pro officijs à Rege, vel publica authoritate constitutis, ex quibus annui redditus proueniunt, puta si certum salarium annuum exercenti huiusmodi officium à publico pendatur: vel certa emolumenta ex exercitio illius officij percipiantur: prout docuerunt glos. in *l. omnimodo, §. imputari, vers. & illa, C. de inoff. testament.* ibique communitet scribentes, *Bal. in d. l. final. num. 1.* sed fusius *Franc. Gonnar. libr. 4. iuris ciuil. cap. 15. fol. 4.* Iacto hoc fundamento, quæritur in *d. l. fin.* num. militia incidat sub hypotheca generali? Et respondet Imperator, incidere, eam tamen quæ vendi, vel ad hæredes transmitti potest. Pondera illa verba, (eam tamen) ex quibus patet, cæteras militias non incidere: cum id operetur qualitas illa, quòd vendi possit, vel ad hæredes transmitti. Concordat *tex. in d. §.*

imputari, decidens, imputandum filio in legitimam, quod ex huiusmodi militia empta à Patre, obuenerit filio: dat rationem: eò quòd talis sit militia, vt vendatur, vel mortuo militante ad hæredes perueniat. Fiscus opponit, intelligendas esse leges prædictas, concurrente assensu Principis, prout sic Doctores exponere in dicto *§. imputari*, ipse dicit. scilicet *Nicol. de Vbaldis, Iasonè, & Paul. Casbr.* qui certè loquuntur in officio personali non transmissibili ad hæredes, vt est officium scriptoriz in Romana Curia: dat rationem Iason, quia requiritur assensus Papæ in venditione, nec transmittitur ad hæredes, nisi de voluntate Pontificis, facta sibi resignatione: addit *Bal. ibidem sub num. 2.* quia non est in commercio, cum non posset vendi, nec ad hæredes transmitti, *l. Africianus*, aliàs incip. *Idem Iulianus scribit, §. constat, ff. de leg. 1.* vbi dicitur, non esse in commercio quæ non solent alienari iniussu Principis. Sed *tex.* ille loquitur in bonis Principis, quæ in formam patrimonij redacta sub procuratore patrimonij sunt: & sic non est applicabilis Regalibus concessis cum potestate vendendi, vel transmissibilibus ad hæredes; quæ nedum sub procuratore Principis non sunt, sed nec etiam sub patrimonio, quia imputantur in legitimam filij concessionarij, *d. §. imputari*; ergo sunt de patrimonio concessionarij, quia legitima debetur de substantia Patris, *C. de inoff. testam. l. scimus, §. repletionem*. Cum igitur leges prædictæ distinguant militias vendibiles, vel ad hæredes transmissibiles, à cæteris militijs: vt illæ incidant sub hypotheca generali, & imputentur in legitimam filij: cæteræ verò nequaquam: intelligendæ sunt de militijs sui natura vendibilibus, vel ad hæredes transmissibilibus, vt est quando conceduntur per Principem cum tali qualitate: tunc enim datur natura rei concessæ, *Bal. in præludijs feudorum in 4. diuis. Loffred. in c. 1. de nat. suce. feu. Camer. in l. Imperialem. fol. 35. col. 1.* Non autem intelligendæ sunt leges illæ, quando Principes assenserint venditioni, vel transmissioni ad hæredes: nam frustra Imperator distinxisset huiusmodi militias à cæteris, cum Principe assentiente omnia fiant possibilia: leges enim adaptantur ad id, quod contraheutes ex se facere, vel non, possunt: non autem cum Principis licentia, probatur in *tit. de succes. feu. cap. 1. ibi, nulla dispositione defuncti in feudo manente, vel valente: & nihilominus cum assensu domini disponit,*

nit, vt *Iaco. de Bellou.* ibi docet: pariter in *tit. qual. olim pot. feu. alie. §. donare*, dicitur, quod olim nec donare nec in dotem dare poterat: locare autem poterat: intelligendæ sunt, sine assensu domini; nam cum alsẽsu, certum est posse. Eò potiùs cum ex interpretibus, quos ad leges prædictas viderim, nullus specificè loquitur in militia vendibili, vel ad hæredes transmissibili, vt adhuc requiratur consensus Principis in alienatione, vel successione hæredis; & leges in *tit. C. de diuersis officijs, lib. 12. præcipue l. probatorias, & l. hac sanctione*, loquuntur de officijs simplicibus, non alteratis in sui natura: & ratio est, quia natura officij est personalis, tribuens administrationem tantum concessionario, & ideo personæ industria est electa: nimirum si non potest disponere ex se absque domino, *ff. de solution. l. inter artifices*. At vbi concessum est officium tibi & hæredibus; industria personæ non est electa, cum futuros hæredes non cognoscat, dictum est in *præce. num.* cum declaratione: & ideo dominium officij esse tunc perpetuò translatum in concessionarium, *deduximus sup. num. 20.* & sic deficit interesse Regis, super quo interesse saltem voluntatis fundatur assensus, dictum est in *§. Imperialem, num. 17. in fine, num. 23. & 252.* ergo leges loquentes de assensu concedentis officia, intelligendæ sunt in officijs non alteratis in sui natura, in quibus versetur interesse concedentis, saltem interesse voluntatis: non autem vbi nullum interesse concurrat, tunc enim leges prohibitiuæ annullantes deficiunt, vt dictum est ex *And. in d. num. 242.* Replicat fiscus, concurrere interesse publicæ utilitatis, nè officia exerceantur per inhabiles. Respondeo, quod tunc factò casu inhabilis exercentis, Rex ex sua suprema iurisdictione inhibebit: vt substituatur habilis: interim autem quod est incertum, an sit habilis, vel nè: dominus officij non est requirendus: probatur, quia facta investitura feudi cum potestate alienandi, non est requirendus dominus in alienatione, *Cammer. in l. Imperialem, fol. 46. litera A.* Et ita decisum per Collaterale Concilium in *causa Regij fisci cum D. Martha de Archai-zaga, & Salvatore de Maio, in mense Iulij 1627* Et nihilominus Rex habet interesse seruitij præstandi per habilem. Ergo alterata natura officij per potestatem alienandi, vel concessionem pro hæredibus, vt in præcitatæ legibus: non est impediendus dominus vti re sua absq;

Principe; quia interesse est incertum: probatur ex communi conclusione Doctorum in *l. filius familias, §. diui, et 2. ff. de legat. 1.* scilicet non esse citandum substitutum, quia incertum est suum interesse. Induci quoque potest *text. supra de allodijs, cap. 1.* Vbi non prohibetur dominus allodij vendere absque Principe, dummodo iurisdictionem Principis non vendat. Et conferunt scripta supra *sub num. 34. in artis. num. data potestate substituendi in officio, possit substituere irrequisito Principe?* Remanet igitur firmata conclusio, officia concessa tibi & hæredibus, vel cum facultate vendendi, posse hipotecæ submitti absque assensu Regis: & in hanc opinionem inclinat etiã *Dom. de Pont. in dicta decis. 28. in fine, ibi, Sed quia carebant assensu, fuerunt exclusi, & fiscus omnibus prælatus: quia non emit officium cum facultate vendendi; nec erat ad hæredes transitorium de sui natura.*

25 Amplia etiam in Regno nostro, nam *Constitutio, Scire volumus*, prohibet alienationem Regalium sine assensu, ex quibus Rex damnum aliquod pateretur, ibi, *Vnde iura nostra Regalia minuantur, aut subtrahantur, aut damnum aliquod patiatur.* In officijs autem concessis tibi & hæredibus, Rex nullum damnum pati potest, quia verbum, *hæres*, in materia indifferenti expressum in contractibus, significat omnem directò succedentem in vniuersum ius, quod defunctus habuit, & sic etiam hæredes exteaneos, vt *C. de hæred. instit. leg. fin. Bald. in tit. de nat. succ. feud. ante num. 3. Peregr. de fideicomm. art. 32. num. 26.* etiam in his Regalibus, vt supra diximus ex pluribus relatis per *Peregrin. de iur. fisci. tit. 2. de his qui iu. fisci. ten. num. 102.* ad quorum hæredum beneficium in infinitum dominium transferri, deduximus supra *ex leg. in annalibus. C. de legat.* Idque dominium allodiale existimamus, ex illa conclusione supra firmata, etiam Regalia concessa non censi in feudum concessa, nisi dictum sit in feudum, vel beneficium, vel per æquipollentia verba; vnde si hæc bona nullo modo possunt excadere Regi, cum omnem hæredem includant, & perpetuò; ac dominium, quod erat penès Regem, est translatum in concessionarium, eiusque hæredes; cum aliàs inutilis foret illa nuda proprietas penès Regem, & ideo absorberi ab vsu perpetuo alterius, deducum sit supra, Ergo, cum cesset omne damnum

hum Regis, cessat illius assensus ex illa
constit. requisitus; nec pariter concurre
damnum voluntatis, quia cum in conces
sione prædicta includi omnes hæredes
etiam extraneos, deductum sit; & sic Regis
voluntas non est taxata ad certas perso
nas; non dicitur contra eius voluntatem
ferri, siue dispositio fiat in consanguineos,
siue in extraneos. Limitanda est tamen
conclusio, vbi concessio facta esset tibi &
hæredibus, ita quod officium teneas & re
cognoscas à Rege. Cum concessio huius
modi de hæredibus corporis intelligenda
sit: ex dictis in præludij qu. 7. vers. *Mul
tò fortius*. Existimo igitur, dispositionem d.
const. scire volumus, non præscribere sibi
locum in officijs concessis tibi & hæredi
bus; ratione dominij perpetuo à se abdi
cati, & translati in concessionarium: prout
latius cum limitationibus huius conclu
sionis ad intellectum d. *constitutionis*, dis
ferui in præludij q. 7. & 8. ad quem locum
lector recurrere poterit: nè repetere vi
dear bis idem.

Et inferri potest ad q. nū habēs officiū,
possit legare usufructū illius; Difficultas
oritur respectu assensus Regis, ac etiam ex
repugnātia iuris cōmunis. Respectu assensus
certū est, legatum usufructus includi sub
dispositione d. *constitutionis scire volumus*,
quæ prohibet alienari, donari, vendi. Ver
bum, alienare, stat genericè pro omni dis
positione translatiua dominij: aliàs super
fluum esset sublequens verbum, *vendere*.
Et usufructus est pars dominij, ff. de usu
fructu l. 4. Hinc prohibita alienatione, erit
quoque prohibita usufructus constitu
tio, *And. in l. Imperialem, in principio*, &
ego ibidem, *de prohib. feud. alien. per Frid.*
ex l. fin. C. de reb. alien. non alien. Est enim
usufructus ius in corpore, *Inb. de usufru.*
§. 1. & sic constitueretur ius in officio, si
legari posset usufructus sine Regis assen
su: quod est prohibitum ob damnum vo
luntatis domini, *And. in d. Constitut. ibi*
*ut contra domini voluntatem nil fiat in re
bus eorum*. Et *Aff. ibidem sub num. 6* adno
tauit, prohibitionem illius constitutionis
comprehendere etiam testamentariam
dispositionem in extraneum, id est, in non
comprehensum in inuestitura.

Hæc conclusio Regij assensus adhiben
di, deficit in omnibus officijs, in quibus d.
constitut scire volumus, non præscribit si
bi vim: de quibus in præludij q. 7. & 8. &
supra num. 7. & 20. Item non præscribit
sibi vim in legato factō verbis obliquis,
puta, *mar. do quod hæres meus det usufru.*

Etum officij mei Caio: Ratio est, quia non
ipse legatarius percipit à corpore officiij;
sed à manu eius qui est comprehensus in
inuestitura: & sic non constituitur ius in
officio, sed est grauatus successor in actio
ne personali ad prestanda emolumenta of
ficij; quæ vt fructus separati iudicantur
allodialia: & dicitur tunc sub legato com
prehendi ipsa comoditas fructuum, non
ius usufructus: *argumento ff. de usufructu.*
legat. l. fundi trebatiani, & ff. de usufructu l.
defuncta, s. sempronio: iuxta inductiones à
me factas in *repet. d. l. Imperialem, num. 5.*
vbi probaui, huiusmodi legatum substineri
sine assensu domini.

Habet quoque usufructus officij lega
tus, repugnantiam iuris communis: eò
quia officium in persona legantis erat ex
tinguendum per mortem eiusdem, iuxta
rectam naturam illius: qua solus titulus
administrandi in propriam utilitatem,
transferretur in cōcessionarium, instar usufructus:
vt latius deduximus *supra num. 3. in fine*: & sic corrumpitur legatum, *C. de legat.*
l. vxor! patru. Quia censetur legasse ius
quod habet, secundum glo. ibi, quæ dicit,
nec deberi extimationem: quia non legat
rem alienam, sed ius suum resoluendum
per mortem. Et glo. sequuntur *Bar. Bald.*
Paul. Cast. & alii in l. quod in rerum, s. se
usufructum ff. de legat. 1. vbi Iason circa
finem in *vers. verum est in dubio*, sed hic
constabat &c. limitat hanc conclusionem, si
de enixa voluntate testatoris constaret:
exemplifica tu, si dispositio contineret
clausulam, *omni modo meliori*: quæ clausula
est annexa clausulæ codicillari. Ratio est,
quia dispositio d. *l. vxor patru*, & d. *s. se*
usufructum, fundata est in dubia volun
tate disponentis, quod noluerint onerare
hæredem extimatione, sed tantum legare
ius quod habet. Hæc dubia voluntas defi
cit, dum declarat velle legatum valere
omni modo meliori, quo potest. Quia po
test substineri per æquipollens in extima
tione: prout in feudo legato sine assensu
directi domini, dixerunt doctores relati
per *Io. Vinc. Annam in constitut. Diua me
moriam, num. 139. circa medium*, ex secunda
ria intentione legantis. Et licet contrariū
sententiam sectantes, negent hanc secun
dariam intentionem: ego illam probo ex
l. mela, s. quidam, ff. de alim. & sib. leg. vbi
legata aqua, dicitur legatum pretium, quo
comparetur aqua: siue quis habens cister
nas, id reliquerit, siue non. Hæres ergo
hoc casu præstabit extimationem emolu
mentorū officij, durante via legatarij.

Hoc

Hoc autem onus nū fit heredis vniuersalis, an heredis nominati in officio, si forsā facultatem nominandi habebat? recurre ad verba testamenti: quibus deficientibus, ad scripta per me in *d. l. Imperialem, num. 202.* Item secundo deficit hęc repugnātia iuris communis, quoties dispositio facta est ab eo, post cuius mortem officium peruenturum erat ad heredem, puta quia concessum erat tibi, & vno heredi: vel cum facultate nominandi heredem in officio: *argum. d. s. si vsum fructum*, dum ibi dicitur, quod superueniens proprietatis validat legatum. Et facultas illa nominandi heredem, licet non fit in bonis nominantis, est tamen hereditarię qualitatis, apta producere in bonis, facta nominatione: vt deductum est *supra num. 26.*

Sed in hoc art. extimationis præstandę, legatę rei quę legari non poterat ex natura sui, vel ob aliquod extrinsecum, puta assensus domini, vt est in feudo: *glos. & Doctores* variarunt: siquidem *glos. in l. denique s. si quid minori*, in verbo *sed ipse haberet*, ff. de minorib. loquens in militia, quam esse officium, deduximus *supra num. 1.* dicit, quod si legetur seruo: ratione incapacitatis personę non debetur, sed extimatio sic, si testator sciebat legatarium seruum: aliās non. ff. de leg. 3. l. fideicommissa, s. si seruo alieno. Si autem propter corporis vitium militare non potest legatarius: extimatio debetur ff. de legat. 1. l. filiusfamilias, s. si quid. Cuius verba sunt hęc: *si quid alicui licet fuerit relictum &c.* Pondera aduerbium illud, *licet*, & erit clarus sensus, *Iurisconsultum* loqui de re, cuius dispositio non prohibetur a lege: at feudum prohibetur legari sine assensu domini, etiam sub pena, vt in *l. Imperialem, de prohib. feud. alien. per Frid.* sic pariter officium hoc Regale, vt in *constitut. Regni scire volumus*: ergo, sumus extra calum illius legis. In *l. fideicommissa s. si seruo alieno*, ff. de legat. 3. ponitur calum militię legatę, quę militia non prohibebatur iure Romano legari, vt in *d. s. si quid*, nec vendi, aut pignori dari, vt *C. de pignorib. l. fin.* quia non erat quid Regale, vt est hodie in Regno nostro *ex pragmatica 2. tit. de offic. ad Reg. Maiest. collat. spect.* & dictum est *supra num. 1. & 2.* & per consequens prohibita dispositio illius sine assensu Regis, vt in *d. constit. scire volumus*. Et hoc modo conciliantur *d. s. si quid, cum d. s. si seruo*: vt ille procedat in re prohibita a lege, hic autem *s. si seruo*, in re non prohibita disponi: vt *glo. fin.* ibi sentire videtur, dum dicit: *eg-*

terum, iure, natura, vel relicto resistente, nil omnino debetur: sic pariter *glos. in d. s. si quid, in principio* dum dicit; & dicit licet, quia testator legare, & heres dare, & ipsa res legari potest. Et hoc modo est quoque intelligendus *tex. in l. Mela s. quidam, ff. de alim. & cib. leg.* Et ideo libentius concurreo cum his qui dicunt, legato feudo sine domini assensu; nec extimationem deberi: quia extimatio rei prohibita, est sequela, seu quid dependens ab illa; lex autem dum quid prohibet, annullat nedum id, si fiat; sed etiam quicquid sequitur ex eo, vel ob id: sunt hęc verba *formalia l. nō dubitē, C. de leg. ergo*, dum testator legando feudum sine domini assensu, fecit actum prohibitum a lege: legatarius petens extimationem illius rei prohibita, petit vt sequelam seu dependens ex illa dispositione prohibita: idcirco etiam id annullat a lege. Nec dicas, dispositionem sine domini assensu, non esse omnino nullam, sed pendere ob spem futuri assensus: id enim non procedit mortuo testatore, quia non potest dominus assentire, dum dominium feudi effectum est alteri us, scilicet heredi; vt *And. docuit in d. l. Imperialem, sub num. 16.* testator quoad se fecit actum prohibitum a lege, maximē si non dixit, saluo domini assensu, & non aliter. Nec *And.* ab aduersarijs citatus in *s. fin. de inuest. de re alien. fact. in finalibus verbis*, loquitur in feudo legato; Sed quia in principio illius cap. disseruerat, num. eu cto feudo agat inuestitus ad extimationem contra dominum qui inuestituerat: ipse in *finali col. relata opinione modernorū*, quod debeatur extimatio, dicit: semper tamen attende, quod si res est prohibita alienari a lege: oportet esse bonę fidei acceptorem, vt dictum est in *princ. pondera*, quod in contractu infeudationis potest acceptor esse bonę, vel malę fidei, & dicere se deceptum, vel non: in legatario verba *And.* non sunt applicabilia, quia legatarius non accepit, sed vult agere ad extimationem feudi legatę; & sic verba *And. num. acceptor fuerit bonę fidei*, non conueniunt legatario. Item ex alio non conueniunt, quia ipse semper est bonę fidei, dum non interuenit in testamento & dispositione facta rei prohibita disponi. Hęc adnotavi, quia *Gizzarellus in decis. 36.* discussio plenissimē art. vnitis omnibus tribunalis de ordine Regis, dicit, vota fuisse paria. Si verō testator grauaret legitimum successorem in feudo ad dandam extimationem illius Titio: subsisteret legatum in feudo hereditario: quia nunc

non

non legat rem prohibitam à lege, id est, feudum, sed extimationem: & sic feudum est in legato demonstratiuè ad quantitatem rei legatz. ceteros Doctores, & decisiones pro hac negatiua opinione, refert *Fulius Lanar. in Addit. ad Regent. Io. Ant. Lanar. in cap. 1. num. 40. & 43. de his qui feud. dar. poss. Dom. Bammatar. in cap. omnes filij q. 4. si de feud. defun. milit. refert decisiones pro eadem opinione negatiua, quando instituitur hæres in feudo, is qui non est legitimus successor.*

26 Expouimus hucusque primam formulam, qua officium alterari potest sub qualitate hereditaria. At quia proxima huic est formula *concedendi tibi cum facultate nominandi heredem unum, vel duos successores alterum alteri.* Nam in his casibus, facta nominatione, habebunt nominati officium sub qualitate hereditaria nominantis, nec aliter habere possent: dictum est supra ex *Peregrino de fideicom. art. 32. num. 11.* & proinde obligabitur successor creditoribus defuncti: prout in indiuiduo officij docuit *Marin. Frit. lib. 2. de sub feud. q. 53. num. 4.* licet in hac vltima formula officij concessi cum facultate nominandi heredem, impugnent aliqui, dicentes; facultatē huiusmodi non esse annexam officio, ita quod dici possit de patrimonio nominantis, sicut & ipsum officium, & per consequens secuta nominatione, dicatur acquisitum officium nominato de patrimonio nominantis, vt grauari possit: sed dicunt, facultatem nominandi esse quid facti, existens in persona acquirentis nominationē vt quid separatum à bonis suis, & per consequens ab officio: allegant *tex. in l. cum pater §. hereditatem ff. de leg. 2. in l. ex facta §. si quis rogatus, et 2. ff. ad Trebell. vbi glo. in verbo liber factus, dixit, facti esse: quod autem consideretur vt quid separatum à bonis acquirentis nominationem, dicunt probari, dum in præcatis legibus disponitur, deportatum non amittere facultatem nominandi. Sed inductio hæc non stringit: cum deportatus non amittat ea quæ sunt iuris gentium, vt est dominium, ff. de penis l. quidam: & ideo in d. §. si quis rogatus, Iurisconsultus dans rationem, cur deportatus retineat facultatem nominandi in bonis fideicommissio subiectis, dicit in *persona Papiniani, cui liber factus fideicommissum restitui velit: glof. corrigit verbum illud, factus, id est, existens; quia deportatus retinet libertatem. Si igitur eidē deportato mandat restitui bona fideicommissio subiecta (fuerant enim occupata à**

fisco, aliàs verbum, restitui, non benè conueniret, dum ipse deportatus rogatus erat restituere filiis suis) & sic possidebat tempore, deportationis: ergo deportatus retinet simul, bona fideicommissio subiecta, & facultatem nominandi in illis: & sic facultas illa est cum bonis, non extra. Idque clarius probatur in *seq. vers. sed si, dum admittit facultatem illam nominandi seruo pænz, vt glof. Alex. & Ceteri adnotarunt ibi: quia seruus pænz nil retinet in bonis de iure ciuili, nec de iure gentium, d. l. quidam: ergo facultas nominandi erat in bonis deportati insimul cum eis. Vel secundò, etsi in bonis non esset acquirentis, sed vt quid facti residens in persona: actamen quia Rex contemplatione ipsius acquirentis principaliter illam cōcessit: probatur, quia nominadū nō cognoscit, immo voluit, heredē esse nominatis: & dū voluit nominadū heredē nominatis: tunc in actu nominationis cum hæredis institutione, acquirit hæreditati suæ administrationem, officij: & sic facultas nominandi heredem licet non sit in bonis, sed tantum in persona: est tamen ratione hereditariæ qualitatis apta producere in bonis, sicuti de nouo obuentum hæreditati ex causa tamen hereditaria, hereditarium iudicari, deduximus supra num. 12. ex l. si creditores, §. Sed si post, ff. de separat.*

27 Quod si concessum esset officium absq. qualitate hereditaria, potest enim contingere sub duplici forma: primò *tibi & liberis*; secundò, *tibi cum facultate nominandi unum ex filijs.* In concessione facta *tibi & liberis, And. in cap. 1. §. et si libellum, nu. 13. de alien. feud. pat. & Camer. in l. Imperial. fol. 96. col. 4. vers. Tertia species est, dicunt in feudo sic concessio: feudum esse ex pacto & providentia non hereditarium: actamen si consideramus occasionem primi qui acquisiuit feudum, habebit vim hereditarij respectu primi acquirentis, vt omnes successores adstringantur esse hæredes primi acquirentis, & contra eius factum venire nequeant: & ex eadem causa, quia ipse acquisiuit successoribus, potest cum assensu domini disponere in preiudicium omnium successorum. Nec hoc esse quid specificum in feudis, dicit *Camer. in seq. col.* sed magis, vt actentis iuribus ciuilibus ixa in feudis sic statutum: allegans ad hoc plures leges Iuris Romani, quas infra discutiemus. In feudis conclusio hæc est communis, & vsu iudicandi recepta, vt testantur *Dom. de Franch. in decis. 368. & Fab. Ann. in cons. 5. vol. 1. At quia officia**

R sim.

simpliciter concessa, non in feudum, regulari legibus Romanis uti quid indifferens, non autem legibus feudalibus, deduximus supra num. 9. cum pluribus seq. Nos discutimus quæstiones de iure Romano, ut si in aliquo non convenire cum conclusionibus feudalibus usus iudicandi approbatus, inuenimus: illis non utemur in officijs, sicut nec in allodialibus: & dicemus in feudis præscriptum, quia in feudis iudicatum, & non plus, l. 1. §. si quis hoc, cum glos. ff. de itin. act. priu. & ibi Bar. l. 1. in l. 3. num. 3. ff. de acquir. possess.

28 Et primò videamus, num facta concessione tibi & liberis, adstringantur liberi esse hæredes patris primi acquirentis? vel possint omiſsa hæreditate illius, capere concessum? Camer. pro opinione affirmatiua quòd adstringatur esse hæredes, tam in l. Imperialem, fol. 97. col. 1. quam in cap. 1. num. 26. tit. An agnat. allegat Bar. in l. si mihi & Titio ff. de verb. oblig. sed Bar. non ibi, sed in l. quòd dicitur, num. 5. & 6. ff. de verb. oblig. in stipulatione acquisita pro se & filijs, distinguit: quædam pertinere posse ad filium & ut hæredem, & tunc stipulando filijs, id dubio intelligitur ut hæredibus, ut in l. auus. ff. de pactis. Quædam verò non possunt pertinere nisi ad filium ut filium, ut sunt operæ libertorum, quæ non transeunt ad extraneos: & tunc intelligitur stipulari ut filio, ff. de oper. libert. l. ut iuris iurandi §. si liberi. Sed primo capiti huius distinctionis obstat tex. in leg. quodeumque §. si quis ita ff. de verb. oblig. ubi stipulando filix meæ post mortem meam, utilis actio competit filix, licet hæres mihi non sit. Et nihilominus Bar. in dict. num. 6. existimat in re concessa mihi & filijs, ut interpretetur concessio per ordinem, pro me primò, pro filijs meis post mortem meam, ut in leg. Gallus, §. primo, in glos. quæ incipit, etiam si non exprimat, ff. de liber. & posth. quam interpretationem communem esse, testatur And. in cap. 1. num. 10. & 11. de alien. feud. pat. ergo stipulando mihi & filio, quia respectu filij intelligitur post mortem meam, quo tempore sui iuris est; sibi quæritur utilis actio, etiam si hæres Patris stipulantis non sit, dict. l. si quis ita. Nec obstat tex. in dict. l. auus, quia ibi non ponitur casus, quo filius hæres non sit, num actio competat? sicut ponitur in dict. §. si quis ita: Sed in dict. leg. auus, quia filius, pro quo stipulatus erat, fuit contingenter institutus hæres cum alijs;

dubitabatur, num ipsi filio tantum, an ceteris cohæredibus competeret exceptio? & dicitur competere filio tantum. Illa verò verba tex. si hæres factus sit, posita sunt à Iurisconsulto ad soluendam obiectionem in vers. Nec quicquam obstat: dixerat, filium hæredem institutum posse uti exceptione, quia hæredi consuli concessum est: videbatur obſtare, quia nunc vni tantum prouiderat. Solut, quòd possum prouidere vni hæredi, puta Titio, si ille hæres factus sit. Quòd si oppones à contrario sensu, ergo secus, si non sit hæres; Respondebo, verum esse in extraneo, quia alteri stipulari nemo potest, Inst. de inutil. stip. §. alteri. At filio in potestate erit, puta post mortem: & tunc filio competit utilis actio, etiam si hæres non sit, d. §. si quis ita, & ideo glos. ibi in vers. licet, dicit, quòd si filius erit hæres, habebit directam actionem ex stipulatione patris, d. l. auus: si hæres non erit, habebit utilem: subiungens glos. non ergo aduersatur actio, sed formæ actionis. Igitur ex tex. à Bar. allegato non habetur specificè, eo casu quo filius hæres non est, non dari actionem; nisi per argumentum à contrario sensu, quòd argumentum admittendum non est, dum ex d. §. si quis ita, habemus; dari utilem actionem eo casu, quo hæres non est. Secundum caput distinctionis Bar. ut in his quæ non possunt pertinere, nisi ad filium ut filium: patet stipulando sibi & filio, intelligitur stipulari filio ut filio: exemplificat Bart. in operis libertorum, quæ non transeunt ad hæredes extraneos: & in hunc sensum intelligit l. ut iuris iurandi, §. si liberi, & l. si operarum ff. de oper. libert. At quia hæc leges optimè probant opinionem contrariam, scilicet quòd stipulando sibi & liberis, acquiratur liberis etsi hæredes non sint: dum in præced. l. si quis operas, ponit exemplum in patrono stipulante operas sibi & liberis suis: dicit; posthumos contineri: deinde retenta hac facti specie stipulationis, quærit in d. §. si liberi, quid si liberi inæqualibus partibus essent instituti hæredes: utrum pro parte dimidia, vel pro hereditariis partibus habeant operarum actionem? Respondet, pro equalibus partibus habituros actionem: ergo, si huiusmodi stipulatio non regulatur à portionibus hereditariis: acquisita dicitur filijs ut filijs

filij. Sed clarius docetur in *d. l. si operarum*, dandam actionem operarum filio, etsi hæres non existat. *Bar.* existimat loco citato, ita esse, quia operæ libertorum non possunt pertinere nisi ad filium, ut filium: Sed quia in *l. fabriles, ff. eodem*, fit distinctio, ut operæ officiales tantum non transeant ad hæredes extraneos, fabriles verò ceteræque operæ transeant. Imò quia officiales operæ distinguuntur in faciendo, & non faciendo: primæ exemplificantur in assurgendo & reuerentiam exhibendo, hæ non transeunt in extraneum, *C. de oper. libert. l. liberti* libertæque, sicut etiam successio libertorum *C. de lat. libertat. sol. l. vnica* *S. sin autem fuerint*. de his operibus intelligi debet *l. filij ff. de iure patronat.* ut *glos.* ibi declarat. *Opera officiales in non faciendo, ut non vocare patronum in ius sine venia, transeunt etiam in extraneum heredes, C. de in ius vocan. l. venia.* prout *glos.* plenius declarat in *l. si non sortem, S. liberti ff. de cond. indeb.* Dum igitur, vna species operarum non transit in extraneum hæredem, ceteræ omnes transeunt: onus *Bar.* fuisse probare, leges prædictas de illa specie tractare. Ego vero probabo contrariū, tractare scilicet de artificialibus seu fabrilibus; nã in *preced. S. ad S. si liberti*, de his tractat; & statim subuectit *S. si liberti*. Præterea operæ officiales, quæ in assurgendo & reuerentiam exhibendo consistunt, non recipiunt diuisionem in partes æquales, vel inæquales: patet ad sensum; fabriles verò sic, quia in pecuniæ præstatione quasi consistunt, *d. l. fabriles*: ergo, *d. S. si liberti*, de fabrilibus loquitur. Pariterque in *l. si operarum*, de fabrilibus tractari dicendum est, dum licem ceptam fuisse, ibi dicitur, & sic de præteritis operibus tractabatur, ut *glos. prima* ibi declarat. In præteritis fabrilibus datur petitio, *l. quoties ff. eodem*: in officialibus præteritis non, sed benè in futuris, quæ antequam à patrono indicentur, non cedunt: quia illa exhibitio reuerentiæ exhibenda est, cum patrono comodum erit, *d. l. quoties, in fine*: pro reuerentia autem non exhibita datur pena corporalis, ut timore penæ in futurum exhibeat, *l. i ff. de iure patron.* non ut det reuerentiam præteritam, quæ extimationem non capit. Ratio autem, cur in *d. l. si operarum*, datur actio liberis & si hæredes non sint, est, quia stipulatus erat sibi & liberis, ut posuerat exemplum *Iurisconsultus* in *d. l. si quis operas*, super qua facti specie prosequutus erat plures quæstiones. Et huius opinionis est *glo. 2. in prin. in d. l.*

operarum, ibi, hic sibi liberisque suis. Ex omnibus igitur his legibus, scilicet *S. si quis ita, S. si liberti, & l. si operarum*, patet clarè, patre stipulante pro se & filijs, acquisitum esse ius filijs etsi hæredes non sint patris stipulantis. Ideo *Camer. in d. cap. i. q. i. nu. 26. An agnat.* existimat, quòd licet ex huiusmodi stipulatione acquiratur ius filio ut filio, actamen respectu patris primi acquirantis qui stipulatus est; filius, & omnes successores adstringuntur esse hæredes, & sic habet vim hæreditarij, non quod in se hæreditarium sit, allegat *tex in l. cum patronus S. cum libertus ff. de oper. libert.* dicitur ibi, cum libertus promiserit patrono operas se daturum, neque adiecerit, liberisque eius. Est igitur facti species diuersa à nostra, in qua supponimus stipulatum patri, & liberis: ratio diuersitatis est, quia dum pater stipulatur sibi, à lege subintelligitur, & hæredibus, *ff. de probat. l. si patrum*: quod verbum, hæredibus, subintelligitur à lege Romana, iuxta Romanæ legis naturam interpretandum est, scilicet de successore hæreditatis, *l. sciendum, ff. de verb. signif. l. fin. C. de hered. instit. Bal. in tit. de nat. succ. feud. ante num. 3.* nimirum si stipulatio illa operarum non transeat ad filios nisi hæredes. At quando concedit dominus tibi & liberis, ipsa inuestitura & stipulatio continet filios; non indiget tunc subintellectu & expositione legis Romanæ; nimirum si tunc non ab hæreditate stipulantis, sed ab ipsa inuestitura regulanda est concessio; ut dicitur in *d. S. si liberti, & l. si operarum*, ubi *glos. 2.* sic conciliat leges prædictas. Quòd si oppones, ergo in feudis inuestitura facta tibi, efficit feudum hæreditarium: cuius contrarium probatum est in *mea repetit. l. Imperialem, S. præterea Ducatus, num. 83. de prohib. feud. alie. per Frid.* Respondeo negatiuè, & ratio diuersitatis est, quia tunc declaratio inuestituræ fit à lege feudali, quæ sub intelligendo hæredes, ut in *cap. i. de duo frat. à capit. inuest. in vers. vnusquisque declarauit in cap. i. S. & si clientulus, de alien. feud.* exponendum esse verbum, hæredes, id est, filios: nimirum si feudum est ex pacto nõ hæreditarium. Patet igitur demonstratum, *d. S. cum libertus*: à *Camer. allegatum* ad probandam suam conclusionem in concessione tibi & filijs, ut primi acquirantis hæredes filij esse adstringantur, nec aliter habere rem concessam posse: non probare. Nec intellectus ab ipso datus in *cap. i. q. i. num. 26. vers. nec obstat, supra An agnat. est verus ad d. S. cum libertus*, scilicet quòd dum à *l. sciendum*

dum ff. de verb. signif. dispositum erat, expressio hæredis in operibus, de primo intelligi dubitabatur, quid si expressus non esset hæres in stipulatione, deciditur ibi, subintelligi liberos etiam quod non dicatur: sed quia ipse acquisiuit, liberi erunt hæredes. Parcat mihi sua autoritas, quia ex huiusmodi suo intellectu non fuisset soluta difficultas ab ipso proposita, cum in *lex. illo* nil dicatur, num de primo filio hæredis, an de sequentibus quoque declaranda sit stipulatio operarum, simpliciter à patre facta non expressis liberis: immò deduceretur contrarium, quia ibi dicitur, *ex illa stipulatione simplici operarum, liberi deberi si patri hæredes extiterint: & sic includerentur nedum primi gradus filij, sed etiã vltioris, cùm liberorũ appellatio omnes descendentes includat, ff. de verb. signif. l. liberorum.* Nec obstat *d. l. sciendum, ibi, vt filius hæres exigere possit.* loquitur enim vbi hæres expressus est in stipulatione operarum, vt primum gradum filij hæredis non excedat: probatur, quia in principio legis dicitur, in paucis speciebus hæredis appellatio proximũ continet: inter quas species enumerat operas libertorum. Ergo loquitur in casu, quo hæredis nomen expressum est. Vel secundò, intelligi debet iuxta *d. s. cùm libertus*, scilicet vbi patronus stipulatus est sibi: tunc filium hæredem in primo gradu continet. Et licet *glos. opponat de l. si operarum, ff. de oper. libert. vbi competit filio vt filio.* Vera solutio est, quod loquitur retenta facti specie proposita in *l. si quis operas, ff. eodem*, scilicet vbi patronus stipulatus erat operas sibi & liberis, vt supradictum est. Discussis igitur legibus iuris Romani, existimat *Camer. in dict. leg. Imperialem, fol. 101. col. 1.* quod dum in iure feudorum reperitur expressum scilicet in *cap. 1. An agnatus*, non posse filium repudiata hæreditate patris, retinere feudum; sed aut vtrumque retineat, aut repudiet. Ratio secundum *And.* ceterosque interpretes est, ne dedecore afficiatur pater, si sine hærede decederet, qui ipsum representet, vt bona vendenda per creditores, nomine hæredis vendantur, non patris defuncti, *argum. s. 2. In h. qui ex cau. manumitt. non licet.* Quæ feudalis dispositio cùm sit concomitata naturali ratione, vt filius honoret patrem, *And. teste ibidem num. 7. vltim. & hoc capis.* debet idem seruari in omni alia re, secundum *Camer. loco citato.* Idque comprobari potest ex illa communi conclusione, quod dum

iure Romano con reperitur decisum, iure autem feudali sic, ex ratione communi, non feudali qualitate: vel sat est, non esse contra regulas iuris communis: est seruanda dispositio feudalis etiam in alijs rebus; vt testatur *Curt. in tract. de feudis par. prima q. 3. num. 5. Dom. de Franch. in decis. 191. num. 5.* Sed aduertendum, quod si dispositio prædicta feudalis seruanda esset in alijs rebus, sequeretur, quod nedum patris primi acquirentis, sed etiam in successoribus alijs esset idem seruandum, vt morientis patris filius sit hæres: quia *c. 1. An agnat.* sic generaliter loquitur, & ratio honoris patris militat in omnibus successoribus: & Ideo *And. ibi* dedit cautelam, vt adeat hæreditatem cum beneficio legis & Inuentarij: quia tunc non obligabitur creditoribus patris pro feudo ex pacto non hæreditario. At quia *Iacob. de Bellou.* inter feudistas magne autoritatis, cùm octo vicibus libellum feudorum interpretatus sit; vt ipse testatur in principio sui operis, fuit opinionis, dispositione *c. 1. An agnat.* vti cõsuetudinariã feudorũ, non trahendã extra casum suum in feudis: vt ipse docuit in *d. cap. 1. in vers. nota, in verbo*, vbi verò: & eiusdem opinionis fuit *Bar. in l. quod dicitur, nu. 6. ff. de verb. oblig.* & proinde, non seruandam esse in emphiteusi, communis est opinio, vt testatur *Lipar. ad And. ibidem in vers. querit glos. in fine.* Nec est verum, non reperiri decisum in iure Romano: cùm contrarium deducum sit supra ex *l. vt iuris iurandi, s. si liberi. & l. si operarum ff. de oper. libert. & in l. quodcumque s. si quis ita ff. de verb. oblig.* iuxta inductiones supra factas. Et licet *Camer.* ad suam opinionem comprobendam alleget *Bar. in l. quia poterat ff. ad Trebell. glos. in cap. Raynutius*, & ibi *Abb. ext. de testam. dicentes, filium non posse repudiata hæreditate patris, retinere legitimam: quia afficitur iniuria pater, qui instituit filium hæredem.* Et latius *Alex in addit. ad Bar. in l. gerit ff. de acq. hered.* & nihilominus filius grauari non potest in legitima, *C. de inoff. testam. l. quoniam* in prioribus: & ideo confecto inuentario erit immunis in legitima, *glos. in auth. hoc amplius C. de fideicomm. in l. scimus s. pen. C. de iure delib.* sic pariter respondendum erit in acquisitis per patrem pro se & liberis. *Addit Camer. loco citato*, etiam ab intestato filium adstringi adire hæreditatem patris, vt consequatur legitimam: quia communis schola feudistarum, intelligit *cap. primum An agnat.* etiam ab intestato.

Et

Et bene dicit in feudis, quia tam in rubrica, quam in *tex.* verba concepta sunt generaliter, nulla facta expressione institutionis. Patiter in legitima sic *Bar.* docuit, quia ipse existimavit in *l. gerit, nu. 22. ff. de acq. hered. legitimam* authenticorum iure debet iure hereditario, quia institui debet filius, *S. aliud quoque cap. aurb. vt cum de appell. cognos.* vnde cum acquisitum per patrem pro se & filiis, non hereditarium iudicari penes filium, deductum sit supra: sequitur: illationem non bene deductam à legitima. Immo & in legitima ratio *Bar.* apud me est dubia, siquidem *Roman. in l. 1. C. qua. non. pet. par.* existimavit contrarium, scilicet non esse quid hereditarium, sed deberi conditione ex lege: est enim quota bonorum, non autem quota hereditatis, *l. Papinianus §. 4. ff. de inoff. testam. & Alex. in l. quia poterat, num. 11. & 12. in vers. & saltem est hoc verum, ff. ad senatus cons. Trebell.* dicit, opinionem *Bar.* esse veram, quando in testamento sibi relicta est titulo institutionis; & hæc est vera opinio, quia in *d. S. aliud. quoque capit.* datur præceptum testantibus tunc liberorum, vt illos instituant, vel exheredent. Eo vero casu quo pater non testatur, remanet incorruptum ius digestorum, vt sit quota bonorum. Ergo conclusio *Camer.* vt etiam ab intestato legitima haberi non possit, nisi iure hereditario: non est vera, & per consequens illatio sua corrumpit. Nec ex dispositione feudali in *cap. 1. An agnat.* generaliter statuente, trahi debet decisio ad allodialia: sed coarctanda in feudis tantum, vt dictum est supra. Ex testamento autem institutus filius non repudiabit hereditatem, & retinebit legitimam; quia dum pater obediit legi, instituendo filium: non debet filius legis, & patris voluntatem reicere; & ideo legis beneficio carebit, dum committit in legem. Si autem obediat ad eundem, & iuxta *glos.* consilium, conficiat inuentarium; erit immunis in legitima à grauaminibus, vt dictum est: ergo legitima non est quid hereditarium in se, nam si hereditarium quid esset, non proficeret inuentarium, vt *And.* docuit in *l. Imperialem, num. 16. in addi. ibi, in hoc feudo hereditario non habet locum beneficium inuentarij, de probib. feud. alie. per Frid.* si inuentarium non conficit, obligabitur creditoribus ex quasi contractu, quia adiuit, *Inst. de oblig. qua. ex quasi contractu. nas. §. fin.* non quia possidet legitimam vt quid hereditarium. Vel secundo

non conficiendo inuentarium confunduntur iura legitimæ. Igitur legitima non est quid hereditarium.

Existimamus igitur de iure communi Romano, facta concessione tibi & filiis: filios post mortem patris & si hæredes non sint, etiam primi acquirentis obtinere rem concessam, vt illi actione ex stipulata. In qua opinione & si doctores non fuerint concordēs, prout *Additio ad Alex. in conf. 26. vol. 5. ac ad Bar. in d. l. quod dicitur, testatur: & And. ipse in cap. primo. nu. 13. & 17. de alien. feud. pat. ibi, semper præsumitur (etiam vbi nominatim filium expressit) quod tanquam hæredi acquisiuerit, vt scilicet ipsi patri dum viuuit, filio post mortem cum fuerit eius hæres.* At tamen non video, in quibus legibus fundetur hæc opinio; dum pro contraria opinione tres leges induxerimus: & memini quod in anno 1618. fuit ardua q. in S. R. Concilio, num donatio facta filiis nascituris ex mei, & Lucretia, aquiratur filiis vt hæredibus patris? & fuit decisum, spectare ad filios vt filios. In causa Ducis Sanctæ Agatæ Gotorum, & aliorum creditorum Scipionis de Mari, cum filiis d. Scipionis, referente Regio Consiliario Ferdinando Quadra, in Banca Borrelli. Et in alia causa Donnæ Isabellæ de Gueuara, pro vt refert *P. Molf. in conf. 2. n. 1. in fine sui operis super Consuet. Neap.* opinionem igitur, *And.* ob eius authoritatem sequimur in feudis tantum.

29 Sed tunc in feudo hereditario insurgit utilis & practicabilis illa q. Num feudatario instituyente sibi hæredem extraneum, vel agnatum nõ immediate successurum, vocatum à lege inuestituræ: adhuc filius, vel agnatus vocati ex lego inuestituræ, capiant feudum sub qualitate hereditaria, & efficiantur hæredes defuncti, ita quod conueniri possint à creditoribus illius qui contraxerunt sine assensu domini? Doctores seculi relati per *Mar. Frit. in 16. differ. feu. hered.* Existimabant, successorē huiusmodi, qui capit feudū cōtra voluntatē defuncti feudatarij, effici hæredem feudi, nõ personæ feudatarij: nam feudum hereditarium efficit successorē heredē in feudo, vt *And.* docuit in *tit. de inuest. de re alie. fac. §. quid ergo, n. 8. in fine, ibi, vnde in feudo sūt hæredes, quādo sic cōceditur.* Sed *An.* clariùs se declarauit in *§. donare, sup. qual. olim. pot. feu. alien. num. 8. circa medium, ibi, si ergo esset feudum hereditarium, & filius in eo esset hæres huius patris, dicit, huius patris: ergo successor efficitur hæ-*

res personæ feudatarij defuncti, sed in feudo, non in allodio: quia alius fuerat hæres institutus. *Io. Vine. de Anna in allegat. 126. num. 19.* ex hac doctrina *And.* & præcipue ex illa dictione &, existimat, requiri institutionem hæredis ex parte defuncti, ut instituat successor: aliàs non esset hæres. Ego non video, quomodo id colligi possit: sed, infra deducam, à natura feudi communicari succedenti qualitatem hæreditariam, in qua cõmunicatione concurrat voluntas defuncti virtualis, orta ex acceptatione successionis tempore quo ipse successit in feudo: tunc enim virtualiter se obligauit habere sequentem agnatum heredem in feudo; & sic alia formalis institutio, non requiritur cum ex tunc dicatur institutus requiritur verò, acceptatio sequentis agnati, successionis sibi delata, ut fiat hæres, *arg. ff. de acq. hered. l. gerit & l. pro hered. & hoc voluit dicere And. ibi, & filius in eo esset hæres huius patris: id est, acceptet successionem: nam sola natura feudi hæreditarij non sufficit, sicuti in allodio sola institutio hæredis non sufficit, nisi institutus acceptet saltem virtualiter ex actu qui fieri non possit citra ius & nomen hæredis, d. l. pro hered. §. Papinianus: successor ergo efficitur hæres personæ feudatarij defuncti, non feudi, sed in feudo: idque euidenter demonstratur, dum definitio & ethymologia huius dictionis, hæres, nullo modo conuenire potest feudo, sed personæ: est enim successor in vniuersum ius quod defunctus habuit, *ff. de verb. signific. l. nihil aliud est;* & dicitur hæres, id est, dominus, *Inst. de hered. qual. & diff. §. fin.* hinc instituere heredem, est facere dominum in bonis suis, qui ipsum representet post mortem, *glos. prima in §. 1. Inst. de hered. inst. feudum cum sit quid facti insensibile, non est capax dominij actiue, sed passiue: quia in eo exercetur actus dominij: actio & passio non cadunt in eodem subiecto.* Feudatarius, qui seruitium feudale exhibere tenebatur domino, indiget simili persona quæ idem seruitium exhibere possit, & feudo dominari: & ideo verba inuestiture concipiuntur in personis, scilicet tibi & hæredibus tuis: quia alter alterum habere debet representantem ex qualitate illa hæreditaria, qua efficitur tunc feudum hæreditarium, *And. in tit. An agnat. cap. 1. nu. 1.* Vnde successor non potest appellari hæres feudi, sed hæres præcessoris feudatarij in feudo, *vt An. dixit.* Difficultas quæ posita est in hoc: quomodo hic successor in feudo hæreditatio representabit defunctum in*

feudo contra suam voluntatem? dum instituyendo extraneum voluit ab illo representari: est enim testamētum voluntatis nostræ iusta sententia de eo &c. Ergo si successor capiet tunc feudum ex beneficio legis feudalis vocantis certas personas, *vt glos. docuit in const. Regni, vt de successibus, in verbo, ex utroque patente: non potest illud capere vt hæres defuncti feudatarij, & consequenter absque qualitate hæreditaria capiet, super qua fundatur, vt conueniri possit à legatarijs & creditoribus qui contraxerunt absque assensu domini, ex vi quasi contractus, §. fin. inf. de oblig. qua ex quasi con. nas.* Et hoc argumento vtuntur sectantes opinionem contrariam, prout *Io. Vine. Anna loco citato, & dom. Camill. de Curte in suo diuersorio feud. in cap. quod incipit, Multoties, num. 60. fol. 49.* relatis alijs afeclis audacter defendunt. At quia contraria opinio frequentiori vsu iudicandi recepta est, *in decis. dom. de Fran. prima & 704. Regens de Pont. in tract. de potest. Proreg. tit. de assens. Reg. super dote, §. 3. & nouissime Reg. Consultarius Gizzarellus in decis. 28.* omnia argumenta aduersariorum resoluit: scilicet feudum adhuc in sua qualitate hæreditaria persistere penes vocatum hunc à lege feudali, & proinde vti heredem defuncti conueniri posse à creditoribus & legatarijs: qui hæres contribuere debet pro valore feudi, cum hærede instituto per æs & libram, ad regulam *l. hinc queritur §. potest, ff. de pecul. & in puncto sic docuit Regens Lanarius in cap. 1. num. 32. de success. feud.* Sed non legi adhuc aptam responcionem ad difficultatem prædictam. Idcirco præmittendum est, qualitatem hanc hæreditariam inesse feudo hæreditario essentialiter, idque ab initio generationis ipsius, ex voluntate domini qui sic dedit, & primi acquirētis qui sic acceptauit pro se & heredibus, scilicet vt succedens sit de sanguine primi acquirentis, & hæres nedum primi, sed alter alterius in infinitum: quia hoc modo fit hæres primo acquirentis, scilicet mediante persona media, quia hæres hæredis, testatori fit hæres, *C. de hered. inst. l. fin.* & sic interest primi acquirentis, defunctum feudatarium habere sequentem agnatum heredem in feudo, vt represententur: & corrumpitur argumentum aduersariorum, scilicet versari interesse defuncti feudatarij tantum, vt sequens agnatus sit hæres: quod beneficium refutare potuit instituyendo extraneum. Qualitas autem hæc hæreditaria in huiusmodi feudo est tantum

potentię, vt ab ea reguletur sanguis; & sic non fufficit esse de sanguine primi acquirentis, nisi pariter sit hęres defuncti feudatarij in feudo, & per consequens primi acquirentis; quia dominus dixit *heredibus*. conclusio hęc est *And. Gugliel. Perni, & Camer. in l. Imperialem fol. 96.* & est communis: eam tamen declarant sectantes opinionem contrariam, vt procedat, quando potest agnatus esse hęres; Cęterum si non possit, veniat ad successionem iure successorio feudorum, vocatus à lege feudali. Ego verò demonstrabo, posse esse, & esse hęredem ex voluntate defuncti licet coacta: cum enim dominus sic concessit, vt singuli succedentes habeant hęredem sequentem agnatum succedentem: & primus acquirens sic acceptauit nedum pro se, sed etiam nomine suorum hęredum: delata deinde successione agnato, & acceptata, duo sequuntur ex hac acceptatione: primum, vt ipse sit hęres p̄defuncti & omnium p̄decessorum descendentiũ à primo acquirente. Secundum, vt post mortem suam habeat sequentem agnatum hęredem, vt fiat representatio primi acquirentis in futuris successoribus: hęc duo licet non fiant expresse per eum qui succedit, fiunt tamen virtualiter, *arg. d. fin. in st. de oblig. qua ex quasi con. nas. vbi* hęres ad eundo dicitur contrahere cum creditoribus, & illis se obligare: & nihilominus cum illis formaliter non contrahit, nec se obligat: actamen dum scit, vel scire debet, quę paria sunt, hoc inducere aditionem, & adit: dicitur virtualiter consentire, & sic se obligare. Sic in nostra facti specie; qui succedit in feudo hęreditario, scit, vel scire debet, dominum sic concessisse, & primum acquirentem sic acceptasse etiam nomine ipsius succedentis, vt si succedit, habeat sequentem agnatum hęredem: vnde dum ipse acceptat successionem, obligat se virtualiter, habere hęredem in feudo agnatum proximum, & per consequens ex nunc dat consentum, vt ille sequens agnatus sit sibi hęres, quia ad hoc se obligauerat; obligatio autem oriri non potest, nisi ex consensu, saltem tacito, *d. d. fin. & ff. de actio. & oblig. l. consensu.* Ergo agnatus proximior sit hęres consensu defuncti ex tunc, non ex nunc: quia ex nunc mutauit voluntatem instituendo extraneum in feudo: sed non potuit mutare, quia vertitur interesse domini, qui sub hoc pacto passus est, defunctum frui re sua, vt habeat sequentem agnatum hęredem in eadem re feudali; vt sic fiat representatio

primi acquirentis, cuius contemplatione principaliter concessit. Hoc interesse tertii deficit in allodialibus, & ideo permissa est ad libitum testantis, mutatio voluntatis instituendo. Qua de re existimo, non bene posse trahi argumenta in hoc à iure Romano, cui inherentes Doctores sectantes contrariam opinionem dixerunt, non posse id percipere, fieri hęredem contra voluntatem defuncti. Igitur lex feudalis annullans institutionem hęredis extranei contra naturam feudi *in cap. 1. de succ. feu.* vocat agnatum proximiorẽ ad feudum, cui cum qualitas hęreditaria inesser inseparabiliter, virtute cuius qualitatis hic agnatus dicebatur institutus hęres in feudo à defuncto ex tunc temporis, quo ipse successerat in feudo; capit feudum agnatus hic vt hęres defuncti in feudo, & sic representatio primi acquirentis mediante persona media. Non ergo lex feudalis vocans agnatum ad successionem feudi irritata institutione extranei, facit hunc agnatum hęredem in feudo: sed qualitas illa hęreditaria insita feudo, à qua resultat consensus defuncti tempore quo ipse successerat, habendi hęredem in feudo sequentem agnatum, ad quod virtualiter se obligauerat ex acceptatione successionis feudi hęreditarii: & ideo cogitur habere hunc hęredem, quia quod ante acceptationem successionis erat voluntarium, scilicet succedere in feudo hęreditario, & post mortem habere sequentem agnatum hęredem in feudo: secuta acceptatione fit necessarium, *C. de act. & oblig. l. sicut:* est ergo representatio defuncti feudatarii in successore hoc voluntaria, actento tempore quo ipse defunctus successerat & virtualiter prestetit consentum, vt sequens agnatus sit sibi hęres in feudo; inuoluntaria autem, actento tempore mortis, quo mutauit voluntatem instituendo extraneũ; sed voluntas coacta, voluntas est. Patet igitur ex p̄dictis, non solum feudalem legem concurrere in successione huius sequentis agnati, vt hęres fiat defuncti: sed etiam consentum defuncti consideratum modo quo supra: & ideo *glos. super qua se fundant aduertarii, in constitut. vt de successioneibus, in verbo. ex utroque parente,* nõ dicit simpliciter, *habent à se ipsis;* sed dicit, *habent potius à se ipsis;* quę dictio, *potius,* id est, magis, secundum *Calepinum,* est aduerbium comparatiuum implicans plus à se ipsis; sed non excludit positium, imò includit: & erit sensus, si locuta est *glos. in feudo hęreditario: habent potius à se ipsis,*

fis, idest plus à se ipsis ex beneficio legis illos vocantis, quam ex voluntate defuncti contemplata virtualiter in successione sua tempore quo ipse successit: quia eadem lex ex qualitate hereditaria in feudis, operata est hanc obligationem in defuncto, tempore quo ipse successit; non ergo dici potest, quod solo beneficio legis feudalis hic successor habet feudum, etiam ex autoritate *glos. prædictæ*, dum vltima est aduerbis, *potius*. Sed ex abundantidico, quod verè *glo. prædicta* locuta est in feudo ex pacto non hereditario: quia allegat *tex. in l. pater filium*, ff. ad leg. falcid. ubi fundus debebatur nepotibus ex fideicommissis, & sic non ex hereditate patris habebant; merito nil computabant in falcidiam. At feudum hereditarium non habetur à solo primo acquirente, sed pariter à moriente qui tenebat feudum, à quo transmittitur in successorem, *Camer. in d. l. imperialens. fol. 96. col. 3.* pariter *glos. prædicta* allegat *tex. in l. arrogator*, ff. de adoptio. quam l. *And.* semper allegat in feudo non hereditario, ut in v. s. *S. donare col. 2. qual. olim. pot. feud. alien. in cap. 1. S. hoc quoque, col. 2. de succ. feud.* Nec obstat, quod *glo.* ponit q. num feudum illud trãseat sub institutione? quod non potest cadere in feudo non hereditario Respondeo, illud fuisse argumentum instituti, ex quo reperit feudum in massa hereditatis: est enim vera conclusio; ratione solius possessionis seu detentionis quam defunctus habuit, feudum non hereditarium includi in iudicio petitionis hereditatis ad illam detentionem consequendam, quam defunctus habuit: idq. cõtra tertium nõ autè cõtra vocatũ, ex lege investituræ, tunc obstarè regula *l. dolo facit*, ff. de doli mali excep. sic intelligo *Consiliũ Alex. 19. col. pen. vol. 5.* Nõ ergo sumenda est intentio *glo.* ex argumento partis, sed lamenda est ex verbis prolatis in solutione argumenti, prout facit allegando duas leges, quæ non possunt aptari feudo hereditario. Demum non obstat argumentum desumptum ex *d. l. pater filium, S. qui filios*: dum ibi docetur, substitutum gravari posse, quando per causam hereditariam ac iudicio defuncti succedit: secus si à lege, vel alio modo bona eius cui fuit substitutus, deueniant: vt enim demonstrauimus, feudum huiusmodi cum qualitate & titulo hereditario transmitti in successorem agnatum, ac non solo beneficio legis feudalis, sed pariter iudicio defuncti tempore quo ipse successit, habendi hunc agnatum heredem in feudo,

in quo repræsenteretur: Cumque possit quis habere heredem Castrensem, & heredem alioquidum, ff. de mōli. testam. l. si sortarum, S. Iulianus, ubi, quasi duorum hominum duas hereditates intelligi; & sic ab utraque repræsenteretur: merito actiones passiuæ in utrumque transeunt, vt conueniri possint, & per consequens grauari: sed inter eos heredes fiet contributio per 2 s. & libram, d. l. hinc queritur, S. potest. Hanc opinionem insolubili argumento confirmauit *Regens Lanar. in cons. 80.* sed negatiuam sententiam sectantes, respondent: naturam hereditariam à domino præscriptam feudo, non mutari per institutionem extranei heredis factam à defuncto; actamen quia à se ipso feudum accepit ex legis beneficio; non vti heres defuncti illud possidebit, & per consequens grauari non potest: & sic datur in iure, quid esse hereditarium in se, sed p̄nes successorem qui à se ipso accepit, non; & per consequens in eo grauari non posse, vt in *l. Sed si conditioni, S. fin. de hered. inst.* Sed non obstat; quia libertas, quam ibi accipit seruus institutus à se ipso, non erat in hereditate, & sic quid hereditariũ: vt *glos. fin* ibi docet: & licet *Bar.* dubitet, quia occasionaliter saltem est in bonis defuncti, dum illam legare potest. Respondeo, tunc in legato formaliter non esse libertatem, sed seruitutem: quia libertas non cadit sub dominio, dum non à iure gentium, à quo dominium inuentum fuit, datur: sed à natura vnicuique data, antequam dominium esset inuentum: vnde postquam ius gentium inuenit seruitutem, illam tribuit dominis singulorum, & per consequens dicitur esse in bonis nostris: & tunc libertas serui non est extincta, quia ius gentium non potest immutare ius naturale: sed dicitur obtenebrata à seruitute quorad effectus illius: & ideo in *d. S. fin. dicitur*, à se ipso capere; dicas tu, per remotionem obstaculi seruitutis, seu potius reassumit à se quod naturaliter sibi aderat, obtenebratum tamen per seruitutem: vnde legando libertatem, dicitur in propria locutio, dum verè remouet obstaculum illud seruitutis, quo naturalis libertas obtenebrata à iure gentium, reassumit suas facultates: & ideo non est bona illatio *Pauli Castri. in d. S. fin. de seruitute fundi legata*: quia seruitus est in bonis, & dominio nostro.

30 Secunda quæstio erit: num acquisita concessione per patrem pro se & filijs possint tunc filij grauari à patre qui ac-
 qui.

quisiuit, vel eis nocere alienando, vel delinquendo? *Camer. in d. cap. 1. q. 1. num. 25. An agnat. & in l. Imperialem fol. 97. col. 1.* existimauit quòd sic: quia contemplatione patris dominus concessit filijs; allegat *tex. in l. 3. ff. de interd. & releg.* vbi dicitur, *delinquētē nil aliud adimere liberis, nisi quod ab ipso peruenturum esset ad eos, si intestatus in Ciuitate moreretur, hoc est, hereditatem eius, & libertos, & si quid aliud in hoc genere reperi potest.* Quæ verò non à patre sed à genere, à Ciuitate, vel à natura liberis tribuerentur: ea ramanere eis incolumia, *glos. prima opponit de l. 4. ff. de iure patron.* vbi dicitur, *iura libertorum paternorum salua liberis esse, cum pater eorum perduellionis crimine damnatur. soluit, ex æquitate id esse, dum benignissimè responsum dicitur à Diuis Seuero & Antonino. Soluit secundò quòd ibi loquitur in libertis prouenientibus à genere, scilicet ab auo: sed in l. 3. loquitur de libertis proprijs ipsius damnati. Hanc secundum solutionē sequitur *Camer. in l. Imperialem fol. 97. col. 1. littera D.* Sed non est vera, quia *d. l. 4. ad litteram* loquitur de libertis paternis, ibi, *iura libertorū paternorū: & dicit delictū patris nō nocere.* Tertia solutio est verior, scilicet ius libertorū duas tribuere prærogatiuas patrono eiusque liberis; alteram transmissibilem ad hæredes extraneos, vt nō vocare in ius absque venia, *C. de in ius vocan. l. venia:* alteram non transmissibilem, sed propriam & peculiarem eius & libertorū, vt est exhibitio reuerentiæ, *C. de oper. libert. l. liberti.* Item ius succedendi libertis, quod ius nedum patrono & liberis, sed etiam collateralī lineæ vltimè ad quintum gradum à lege datur, *S. multis, Inst. de success. libert.* Hoc ius succedendi, & reuerentiale datur à lege liberis vt liberis, etsi hæredes non sint patris qui manumisit, *l. filij ff. de iur. patr. glos. sing. in l. diui fratres, ff. de iur. patron.* qui *tex.* benè probat, delictum patris, vel aui qui manumisit, liberis non nocere, *And. in tit. qua sit prima caus. benef. amit. nu. 24 in fine.* Hæc enim prerogatiua iuris patronatus, non defertur cum hereditate patroni *glos. interlinearis in d. S. multis. & l. filij, iuncta glos. ff. de iure patron.* Nunc facilis est responsio ad leges prædictas: nam *l. 3. ff. de interd. & releg.* dum dicit, adimere libertos: intelligenda est quoad prerogatiua iuris patronatus transmissibilem ad hæredes extraneos, vt sunt, non vocare in ius absque venia, vel operæ fabriles promissæ tempore manumissionis, vt *in l. fabriles ff. de oper. libert.**

quia hæc sunt in hereditate patroni, & à patrono transmittuntur in herede: & ideo pondera *in d. l. 3.* quia dicit, delinquentem adimere liberis quod ab ipso peruenturum esset ad eos, si intestatus in Ciuitate moreretur, hoc est, hereditatem eius, libertos, & si quid aliud in hoc genere reperiri potest, hæc vltima verba probant, de prerogatiua liberti quæ hereditatem patroni sequitur, sensisse iuriconsultum, dum dixit, & si quid aliud in hoc genere: est enim dictio, aliud, repetiua similis qualitatis. & clariùs colligitur ex regula posita *in tex. prædicto* ante exempla, ibi, *adimere liberis quod ab ipso peruenturum esset ad eos, si intestatus moreretur.* Et sic attendit iuriconsultus quod transmittitur à patre in filium: quæ verò dantur liberis à lege in libertis, non transmittuntur à patre manumittente: quia si transmitterentur, ad extraneos quoque hæredes ipsius transferrent: sed non transeunt, ergo non iure transmissionis considerantur in liberis, sed à lege. Et de his iuribus patronatus non transmissilibus ad hæredes extraneos, vt est ius reuerentiale, & ius successions libertorum, intelligenda est *l. 4. ff. de iure patron.* Et hæc distinctio approbatur à *glo. in d. l. Diui fratres, in verbo, fuisse;* qui *tex.* benè probat, dum delictum manumittentis non nocet liberis quoad successionem. Ex quibus patet, non benè applicari à *Camer.* ius patronatus libertorum, quod habet prerogatiuas transmissibiles cum hereditate acquirentis, & prerogatiuas non transmissibiles, in quibus delictum etiam primi acquirentis non nocet liberis. Immo insurgit ipse loco citato, sub hac distinctione patet, vt proprii iuris patronatus, iuriconsultum respondisse *in l. 1. in iuncta l. liberi ff. de assign. libertis,* dum *in l. prima* permittitur patri assignare proprium libertum à se manumissum vni ex filijs, quæ assignatione ceteri filij excluduntur à succedendo illi libertis. At filij libertum paternum assignare non possunt suis liberis, *d. l. liberi.* Ergo pater nocere potest in re à se acquisita, vt est ius patronatus ex sua manumissione: secus in iure patronatus paterno. Solutio erit, quòd dum successio libertorum à lege datur liberis patroni, non autem ex hereditate & voluntate patris, *d. l. filij ff. de iure patron. & S. multis, Inst. de succ. libert.* vt inueniuntur homines ad manumittendum: eadem lege permittitur assignatio libertorum manumittentibus, non autem ipsorum filijs: & tunc facta assignatio

assignatione, illius virtus in excludendo ceteros liberos à successione liberti, fit à lege operante in assignatione, non autem fit à patrono; & sic patronus est causa instrumentalis legis in excludendo, non efficiens, *glos. inierlinearis in §. 1. Inst. de assign. libert. in vers. Tamen assignatio permessa est.* idque probatur in *l. assignare, ff. de assignat. libert.* dum ibi disponitur, assignationem liberti neque quasi legatum, neque quasi fideicommissum percipi: Denique nec fideicommissum onerari posse. Legatum autem & fideicommissum à testatore datur, & hac ratione gravari potest legatarius, *Codie. de fideicommiss. leg. ab eo.* Ergo filius, cui facta est assignatio liberti, non ab assignante patre habet, dum ab eo gravari non potest. Igitur non bene *Camer.* deducit ex assignatione liberti, facultatem gravandi, & nocendi filijs; dum specificè à lege assignationem permitte denegatur facultas onerandi & per consequens nocendi. Pariter non bene à *Camer.* applicatur distinctio operum libertorum, ut in antiquis non noceat delictum patris, in novis noceat. Siquidem operum libertorum non excedunt primum gradum liberorum, *ff. de verb. signific. l. sciendum,* dicitur ibi, in paucis speciebus baredis appellatio proximum continet, ut est substitutio impuberis. Item dicitur in operarum exactione. Demum *Camer. loco citato, & Andr. sup. de alien. feud. pate. num. 10. in fine* allegant *l. annua, §. Actia, ff. de ann. legat.* Sed non obstat, quia ibi legatum fuit nomini appellatio designanti certum ministerium, puta sacerdoti, hierophylaci, & libertis in illo templo deputatis; nimirum si templo legatum dicitur, in cuius ministerio sunt, ut ex annuo legato vivant, & seruiant: id enim designationem ministerij operari, dicitur in *vers. ministerium quidem.* At filij nomen non est ministerij patris, sed amoris, à quo græco vocabulo. Pariter *l. qui proprio, §. procurator, ut in ceteris, ff. de procurat.* non obstat: quia ministerij nomen est: unde quod consequitur ex lite, siue principaliter ipsius rei, puta ipsam rem deductam in iudicio: siue extrinsecus ob eam rem, puta fructus, ut *glos.* exponit: domino restituere debet: quia ut procurator recepit: & ideo *glos.* ibi dicit, si tamquam procurator recepit. Et eodem modo procedit *tex. in l. civibus, ff. de reb. dubijs.* Civitas enim representatur ex civibus; unde legando civibus, dicitur legasse ipsi homini collectivo, & sic Ci-

uitati. Non sic sunt filij Titij quibus lego: non enim representatur Titius ex filijs, sicut Civitas ex civibus: persona Titij representatur ex suo peculiari nomine Titij: in legato autem, vel donatione facta filijs Titij, stat demonstratiuè, ut ut sciatur de quibus filijs senserit testator. Demum allegant *tex. ff. de vulg. & pupill. subst. l. sed si plures, §. in arrogato,* ubi permittitur patri arrogatori, substituere filio arrogato impuberi in quarta illi debita super bonis arrogatoris ex Constitutione Diui Pij, ac etiam in his quæ arrogatus acquisiuit ex beneficio arrogatoris, ut puta arrogatoris amicus, vel cognatus ei aliquid reliquit. Ergo, pater potest gravare filium in bonis, quæ ex hereditate patris illi necessarii deferuntur à lege, non iudicio testatoris, ut est quarta Diui Pij, ac etiam in bonis filio acquisitis beneficio patris; ut sunt donata contemplatione patris. Sed solutio est facilis, quippe *tex.* ille declaratur à *l. si arrogator, §. sed an impuberi, ff. de adoption.* ut substituere possit pupillariter usque ad pubertatem: ceterum fidei eius non potest committere, ut quandoque restituat: quia hoc non iudicio eius ad eum pervenit, sed principali providentia; *glos.* exponens verba illa, non iudicio eius, dicit, non mera liberalitate. Potest igitur substituere directò pupillariter, quia hoc respicit utilitatem pupilli, ut habeat heredem, *§. 1. & §. igitur, Inst. de pupill. subst.* Non autem fideicommittit, quia hoc est onus. Ergo, gravare filium non potest. Sed certè *d. l. si arrogator,* restringens dispositionem, *§. in arrogato,* loquitur in quarta debita ex Constitutione Diui Pij: unde respectu bonorum acquisitorum filio ex beneficio patris seu contemplatione patris, puta si à consanguineis, vel amicis paternis donata sint filio: remanet in suo robore, *d. §. in arrogato.* Attamen ut verum fateatur, *d. l. si arrogator,* non restrinxit, sed magis clarè idem Vipianus loquutus est; nam in *d. §. in arrogato,* de substitutione impuberis locutus erat, non autem de fideicommissaria. Immò & ratio allata in *d. l. si arrogator,* oppugnat opinionem *Camer.* ut fideicommittere non possit pater in bonis, quæ non suo iudicio filius habet; nam *glos. pen.* ibi exponens verbum illud, iudicio, dicit, id est, non mera liberalitate patris. In donatis patri & filio, non est liberalitas sola patris in acquirendo, sed maior donantis qui bona sua donat; in qua donatione

gione pater interuenit vt causa instrumentalis respectu filij, nam efficiens causa est donans, qui voluit gratum facere patri in vita sua, & post mortem filio: vnde si pater posset grauare filium in huiusmodi donatis, vel nocere delinquendo, oppugnaret voluntatem donantis, cuius interest, filium potiri liberalitate sua, quia ad antidora remanebit obligatus donanti, ff. de pet. hered. l. sed & si lege, §. consuluit. Ideo existimo distinguendas
 31 esse plures conclusiones: Prima erit; quædam acquiruntur filio solius patris prouidentia & beneficio, puta si emit, vel propria pecunia acquisiuit donationem pro se & filijs: vel si ob seruitia à patre exhibita Rex donet patri & filio: tunc, quia non concurrit interesse concedentis, dum ob pecuniam patris, vel seruitia à patre ei exhibita concessit: non autem intuitus est concedens personam filij vt filij, sed occasione pecuniæ patris qui voluit acquirere filio: existimo, patrem posse grauare filium. Conclusionem hanc collegi ex d. l. si arrogator, à contrario sensu, iuncta glos. in verb. iudicio, dicitur ibi, patrem non posse grauare filium in quarta, quia hæc non iusdicio eius ad eum peruenit: glos. exponit, idest, non mera sua liberalitate: ergo secus in acquisitis filio ex mera liberalitate patris. Mera autem liberalitas patris dicitur, quoties ex parte concedentis liberalitas non consideratur erga filium, licet consideretur erga patrem, vt est quando ob remunerationem seruitiorum patris, donat patri & filio: nunc est liberalitas erga patrem, quia remunerat seruitia exhibita à patre: erga filium non est liberalitas, quia motus fuit donans ex seruitijs patris: est mera liberalitas patris erga filium, dum poterat acquirere sibi, non exprimendo nomen filij; quo casu subintelligeretur & hæredi, nec filius habere posset, nisi vt hæres, ff. de oper. libert. l. cum patronus, §. cum libertus; & sic acquisitum efficeretur de bonis patris, & per consequens hæreditarium: donans autem sic concessisset ad libitum patris, dum ad illius seruitia remuneranda motus erat. Et eadem ratio concurrit in concessione acquisita per patrem propria pecunia pro se & filijs: quia concedens intuitus est pecuniam patris, non personam filij: fuit autem expressa persona filij, quia sic pater voluit. Non tamen existimo, id acquisitum filio ex mera liberalitate patris, esse hæreditarium quid patris penes filium: idque

deduco ex l. vt iuris iurandi, §. si liberi, ff. de oper. libert. dum acquisita stipulatione operarum per manumittentem patrem pro se & liberis, in præced. l. si quis operas, ff. eod. operæ illæ penes liberos non sunt vt quid hæreditarium patris, dum non regulari à portionibus hæreditarijs in diuisione inter liberos, dicitur in d. §. si liberi: quem §. intelligi de operibus fabrilibus, quæ sunt transmissibiles ad hæredes extraneos, deductum est supra in vers. Et primò videamus: quia de his locutus erat Iuriscultus in præced. §. ad §. si liberi: quæ operæ dicebantur acquisitæ liberis ex mera liberalitate patris, quia libertus illas promiserat in actu manumissionis intuitu libertatis consequendæ à patre, nec ad illas tenebatur ipsi manumittenti, nec liberis eius, nisi promittantur per libertum, l. 2. ibi, impossitorum, & l. 3. & 4. in princ. ff. de oper. libert. pater autem dum poterat stipulari illas sibi & hæredibus, vel sibi, quia subintelligebatur, & hæredibus, d. l. cum patronus, §. cum libertus, voluit exercere liberalitatem in liberos, stipulando sibi & liberis. Liberi autem obtinebunt operas ex vi stipulationis vt illi actione, etsi hæredes non sint patris qui acquisiuit, stipulatusque est, ff. de verb. oblig. l. quodcumque, §. si quis ita, & ff. de oper. libert. l. si quis operas. Attamen quia in d. l. si quis operas, dicitur, posse patrem exheredare liberos ab his operibus: deduco posse patrem grauare filios in huiusmodi acquisito contemplatione patris, dum illis nocere potest exheredando. Et licet obstare videatur l. si patronus, §. si quis non mala mente, ff. de bonis libert. Vera solutio est, quod loquitur in successione bonorum liberti. Idque deducitur, quia sub tit. de bonis libertorum, posita est lex illa; successio autem bonorum liberti datur liberis patroni à lege, non autem acquisita est à patre, §. multis, Inst. de success. libert. Et ideo successioni huic non nocere delictum patris qui manumisit, dicitur in l. diui fratres, ff. de Iurepatron. At operæ fabriles libertorum, de quibus loquitur, d. §. si liberi, & l. si operarum, non debentur liberis, nisi à patre manumittente stipulentur, l. 2. 3. & 4. ff. de oper. libert. Et de eadem successione libertorum intelligendus est tex. in l. filij, ff. de Iurepatron. vt glos. prima ibi declarat, & sic de iuribus patronatus non transmissibilibus ad hæredes extraneos, quæ à lege dantur liberis, licet ex facto & re patris,

eris, ut est manumissio facta à patre proprii serui.

32 Inferitur autem ex prima conclusione, quòd si pater instituat heredem filium; filius capiet non iure hereditario acquisitum huiusmodi à patre pro se & liberis, contemplatione tamen patris: idque ex d. s. si liberi, ubi liberi instituti heredes à patre, capient non pro portionibus hereditariis inæqualibus, sed æquis portionibus pro numero liberorum, operas fabriles stipulatas à patre in *præced. l. si quis operas, pro se & liberis*: quas operas liberis acquiri sola contemplatione patris, deducum est paulò ante, quia sunt transmissibiles ad heredes extraneos, *ff. de oper. lib. l. fabriles*, nec debentur, nisi promittantur, *l. 2. 3. & 4. ff. eodem*. & qui manumittitur, illas promittit sola contemplatione manumittentis, ut libertatem consequatur. Actamen pater potest specialiter nocere in illis operibus, quia potest liberos exhereditare: ergo non sufficit sola institutio heredis, nisi specificè grauet. Eo vero casu, quo non grauat specificè: agit actione utili ex stipulatu, *l. quodcumque s. si quis ita. ff. de verb. oblig.* si verò vult agere actione directa, puta si velit virum Mag. Cur. Vicarij liquidare seu incusare instrumentum stipulatum à patre pro se & liberis: debet esse heres patris: quia actio illa directa, super qua fundatur presentatio instrumenti via ritus, qua de causa cessionarius nõ presentat via ritus, *ut in Ritu 286.* non transmittitur nisi ad heredem, *d. l. auus ff. de pact. ut glos. in verbo, licet*, adnotauit in *d. s. si quis ita*. Cautela tamen erit filio, ut adeat hereditatem cum beneficio legis & inuentarii, ut retinere possit extra hereditatè patris, acquisitum illud à patre pro se & C. *de iure delib. l. liberis fin. s. in computatione, circa medium*; aliàs ut heres obligabitur creditoribus patris, cum sint consula iura ex aditione.

33 Hanc primam conclusionem limita in facti specie *l. fin. C. de pignor.* scilicet in mutuante pecuniam Titio ad militiam emendam sub hipoteca bonorum Titij; ut si Titius emat, vel acquirat militiam filio, licet non constet illa pecunia acquisitam militiam, dummodo contrarium non probetur scilicet alia pecunia acquisitam: militia illa incidit in hipotecam creditoris illius qui mutuauit: dummodo militia illa sit talis naturæ, quòd vendi possit, vel ad heredes transmitti, ut ibi dicitur. *Bal.* ibi in fine dicit esse casum specialem, & proinde lex illa non extendenda in alijs

rebus, quam in militia: et benè id deducitur ex principio illius legis. Est igitur casus specialis, ut militia acquisita sit filij, hipotecata tamen creditori patris, qui mutuauit pecuniam ad militiam emendam. Et sic non oppugnat conclusionem præcedentem, scilicet acquisitum filio à patre, pecunia vel seruitijs patris, non esse quid hereditarium patris penes filium: non enim oppugnat, immo confirmat, dñ specialem dispositionem esse docuimus. Cumque militia & officia esse Regalia, *deductum sit nu. 24.* sequitur, quòd si pater acquirat officium sibi & filio tantum, pecunia tamen aliena, data sub hipoteca, ad emendum officium: non erit officium hipotecatum: quia officium sui natura nõ est transmissibile ad heredes, & per consequens nec vendibile, *dictum est supra num. 5. & seq.* & sic etiam actenta dispositione *d. l. fin.* requirentis, quòd militia sit vendibilis, vel ad heredes transmissibilis sui natura: erit conclusio hæc vera etiam extra Regnum: nam in Regno nostro est absque scrupulo, ex constitutione *scire volumus*: quia deficit assensus Regis. Si tamen acquisitum esset officium pro se & heredibus, vel cum facultate vendendi: incidet in hipotecam: nedum extra Regnum *ex. d. l. fin.* sed etiam in Regno: quia his casibus foret acquisitum domini plenum officij concessionarijs: cuius dominij causa non præscriberet sibi locum *d. constitutio Regni, ut deductum est supra num. 25.* Secus si concessio facta esset tibi & liberis, vel tibi & vno hereditate: tunc ratione excadentiæ & directi dominij, spectantis ad Regem, præscriberet sibi locum, *d. constitutio, ut deductum est loco citato*, & per consequens non contraheretur hipoteca absque Regi assensu in Regno nostro.

34 Sed huic conclusioni primæ, scilicet acquisitum à patre pro se & filio, & solius patris prouidentia & beneficio: non esse penes filium ut quid hereditarium patris: obstat *ff. de collat. bon. l. dotem dedit, & ff. de iur. dot. l. profectitia*: in prima *l. dicitur*, dotem datam ab auo nepti ex filio, mortuo auo & nepte, restituendam esse patri; quia auus propter filium suum dedit: & hac de causa, profectitia dos appellatur in *d. l. profectitia, in principio ibi, siue bonis vel factis patris data sit*. Explicat Iurisconsultus factum patris, in vers. *Quid si quis patri donaturus dedit*: & hanc quoque à patre profectam esse respondet. Si ergo est profectiticum penes filium, ergo hereditarium; quia profectiticum est in domi-

dominio patris, *Inst. per quas personas no. acq. §. 2.* solutio erit: acquisitum à patre pro se & filio; dici acquisitum per ordinem, scilicet patri dum vivit, & post eius mortem filio; ut communiter notatur in *l. gallus, §. 1. in glos. quæ incipit, etiam si non exprimat, ff. de lib. & post. And. in tit. de alien. feud. pat. cap. 1. nu. 10. & 11.* Unde cum acquisitio in persona filij conferatur eo tempore, quo sui iuris est non potest dici profectitium, & per consequens acquiri patri familias qui eo tempore non est, *Inst. eo. tit. §. primo, ibi, acquiritur vobis per eos quos in potestate habetis.* & ideo dicitur in *l. quodcumque §. si quis ita ff. de verb. oblig. quod patre stipulante dari filix post mortem ipsius patris: utilis est stipulatio, & acquiritur filix utilis actio ex stipulatu, et si hæres non sit patris: ergo acquisitum illud non est hæreditarium patris penes filiam. Si verò pater acquirat filio in vita patris, propriaque pecunia, vel contemplatione, puta emit filio in potestate existenti: acquirat sibi, & dicitur sibi ipsi emere, *Inst. per quas pers. nob. acquir. §. 1.* etiam si esset militia, id est officium, *Bald. in leg. fin. §. 1. vers. dicit emancipatis, C. de pignor. vel aliquis donaturus patri, donet filio: acquiratur patri, dicit. l. profectitia, vers. quid si quis.* Sed tunc adverte, probandam esse circumstantiam illam, quod erat donaturus patri: & in hunc sensum intelligendus est *tex. in d. l. sed si plures, §. in arrogato, in fine ibi, vel beneficio eius, ff. de vulg. & pup. subst. quia glos. ibi allegat d. l. profectitia, in principio, ubi exprimitur, quod erat donaturus patri: & sic fundabat intentionem super hanc circumstantiam, merito probanda, Bar. in l. si forte ff. de Castr. pecul. aliàs in dubio erit aduentitium, nisi concurrat aliqua ex circumstantiis notatis per *And. in capit. primo, numero 13. & 14. de alien. feud. pater: ex quibus colligatur, contemplatione patris donatum, vel filij: inter ceteras autem est coniunctio sanguinis, ut si ab auo, vel proauo donetur: præsumetur donatum contemplatione patris, & personæ mediæ, ff. de coll. bon. l. dotem dedit.* Idem si ab alijs consanguineis patris donetur filio, dicit *And. dicit. numero 13. in fine: cum enim præsumptione sanguinis dicatur donari, præsumptio prius extenditur ad propinquiores sanguine. Sed obstat sing. tex. in leg. auus neptis, ff. de iur. dot. ubi dos data ab auo neptis nomine, non iudicatur profectitia patris, & ad patrem non reuertitur.***

Ergo contemplatio patris in donatione, non oritur ex sola consanguinitate. At quia directò opponitur *l. dotem dedit ff. de coll. bon.* Ideo vera solutio mihi videtur, quod hæc lex loquitur in auo paterno dotante, prout ad literam ibi ponitur sic casus: & ratio allata à Iurisconsulto ibi, non fundatur in solo sanguine, sed in debito patris ad dotandum, à quo debito pendet aui officium; probatur in *vers. quippe officium aui circa neptem, ex officio patris erga filium pendet: & quia pater filia, ideo auus propter filium nepti dotem dare debet.* Ex quibus verbis, & facti specie ibi posita in auo paterno, inductus sum dicere, *l. auus neptis ff. de iure dot. loqui in Auo materno, qui non tenetur dotare.* Et remanet firmata conclusio, solam consanguinitatem inter donantem, & patrem donatarij, non sufficere ad iudicandum donatum contemplatione patris, & per consequens profectitium: ut per *Guttier. lib. 2. pract. 99. q. 120. num. 4. Gamma in decis. lusitana 23. num. 2.* & cum hac conclusione pertransijt. S. C. Neapolitanum in donatis vxori à consanguineis viri: ut testatur *Io. Ving. Anna in singulari 157.* licet contraria opinio sit magis communis, teste *Fontanella de pact. nupt. claus. 7. glos. 3. p. 6. num. 89.* Sed cum decisione prædicta pertransijt *Rota Romana, ut per Farinac. in decis. 548. in vltima recollect. cum alijs per Hodiern. in add. ad Surd. in decis. 118.* & est ratio, quia dum donans est consanguineus patris, est quoque consanguineus filij donatarij: magis proximitas patris: nõ operatur contemplatione ut dicatur profectitium, *d. l. auus neptis: ergo debet concurrere alia circumstantia, qua esset donaturus patri, d. l. profectitia, in principio, puta si pater præstitisset seruitia donanti.* Nec obstat *tex. in d. §. in arrogato, in fine, ibi, ut puta arrogatoris amicus vel cognatus ei aliquid reliquit.* Solutio erit, quod cognatus arrogatoris nõ est cognatus arrogati, quia nõ coniungitur ex sanguine: nimirum si tunc datum filio arrogato à consanguineo arrogatoris, iudicatur datum contemplatione patris arrogatoris: quia nulla causa concurreret in arrogato ad merendam donationem. Adhuc tamen requireretur alia circumstantia ultra consanguinitatem arrogatoris, ex *d. l. auus neptis, ubi sola consanguinitas inter donantem, & patrem donatarij, non sufficit ut dicatur donatum contemplatione patris, & per consequens profectitium: & ideo in dicit. l. profectitia, exprimitur, quod erat*

S dona-

donaturus patri: prout sic existimo declarandum esse *d. s. in arrogato, in fine*. nisi dicatur, ibi poni exemplum in consanguineo arrogatoris donante: quo casu, erga arrogatum donatarium nulla causa concurret præter consanguinitatem patris arrogatoris.

35 Secunda conclusio erit: quædam acquiri filio non solius patris prouidentia & beneficio, sed etiam concedentis: & sunt, quoties quis concedit certo generi personarum, vt illis extinctis morte, excadat res domino: habet enim tunc concedens interesse, vt non grauet pater acquirens pro se & liberis: scilicet vt in casu excadentis reuertatur res ad dominum libera, non affecta & onerata. Item ob damnam voluntatis domini, quia si pater acquirens alienaret rem concessam, vel submitteret hipotecam qua perueniretur ad alienationem: non deueniret ad liberos res concessa, & sic contra domini voluntatem: quod damnum voluntatis præponderat reali, *ff. de usu, & habit. l. fin.* & dictum est in *l. Imperialem, numer. 35. de probib. feud. alien. per Frid.* vel si aliquis donet tibi & liberis, vt res donata conseruetur in familia: tunc interest concedentis, saltem interesse voluntatis, vt non grauet pater acquirens: nam si donans est consanguineus, habet interesse honoris familie suæ vt nobiliter viuant. Si verò donans sit exterus, habet interesse voluntatis & affectionis, dum alienando vel grauando non conseruatur res donata in illa familia contra suam voluntatem expressam. Vel tertio, si facta sit simpliciter donatio tibi & liberis, non expressa causa conseruationis in familia: dummodo non concurrat aliqua circumstantia, qua appareat donatum solæ cõtēplatione patris acquirentis: de quibus circumstantijs dictum est supra, docetque *And. in cap. primo, numero 10. 11. & sequen. de aliena. feud. pat.* habet enim tunc donans interesse, vt pater acquirens non alienet nec grauet: quia liberi donatarij erunt obligati ad antidota ipsi donanti, *ff. de petition. hered. l. sed & si lege, s. consuluit*: ac pariter interesse voluntatis donantis, dum voluit gratum facere postheris illis, eosque vinculo affectionis sibi deuincere, prout indubio præsumendum est: nam si patris personam tantum cõtēplasset, liberos non expressisset, vel patri & hæredibus donasset. Hæc enim donatio in præmissis

exemplis facta tibi & liberis, non est vna, sed multiplex pro numero personarum, ad quas perueniet: vnique enim ad vitam, ita vt vnusquisque ad vitam propria donatione rem donatam capiat, *l. 2. & 3. in 2. responso, C. de donat. qua sub modo*: Idque ex stipulatione primi acquirentis, qui potuit stipulari liberis suis, *l. quodcumque s. si quis ita, ff. de verb. oblig.* qua stipulatione acquiritur saltem utilis actio liberis, etsi non hæredibus, *d. s. si quis ita*. Hac enim legali inuentione & prouidentia, scilicet vt resoluator ius donatarij per mortem, & occultato vno actu causa coniugendorum actuum, argumento *l. singularia, ff. si cert. pet.* fingantur dominum reuocasse, & sequenti dedisse: & hoc modo alteri nocere non potest, quia non capit à moriente; prout subtiliter docuit *And.* & eius autoritate *Camer. in l. Imperiali fol. 95. col. 2. & 3.* & deduci potest ex *l. 3. ff. de interd. & relog. ibi, nil aliud adimere liberis, nisi quod ab ipso peruenturum esset ad eos*. Et super hac prouidentia iuris Romani fundata est feudalis dispositio in *cap. 1. de succ. feud.* vt æqualiter ad liberos deferantur feuda, dispositione nulla defuncti manente vel valente. Quod si oppones: frustra primum acquirentem cum assensu domini disponere in præiudicium liberorum, dum illis acquisitum erat ius ex propria donatione: cuius con-

36 trarium docet *And. de alien. feud. pat. nu. 10. & seq.* Respondebo, nonnullos contrarium sentire, scilicet vt facta donatione Caio, cum onere vt post mortem suam perueniat ad Seium absentem: quæ in idem reincident, si facta esset tibi & liberis, vt dictum est paulò ante: dicunt hi, huiusmodi donationem dissolui non posse in præiudicium Sei, etiam concurrente consensu donantis, & Cai donatarij. Idque deducunt ex *d. l. quoties C. de donat. qua sub modo*, dum vtilem actionem huic Seio absenti dari ex illa donatione, ibi dicitur: quod ius illi acquisitum, auferri sibi non potest absque eius consensu, *ff. de pactis, leg. fin.* contrariam verò sententiam affirmatiuam, vt dissolui possit antequam Seius acceptet: præter *And. & Cam.* communis schola Ciuilitarum sequitur *Bar. in leg. qui Roma, s. Flauius, num. 1. ff. de verb. oblig. ibique Imola, Raphael Cuman. Alex. Soccin. Aret. Besutius, Claud. de Seyfel. Bald. & Iason sub nu. 16. testatur esse communem, & de magis cõmuni & vera testatur Fabius Anna in conf. 52. n. 5. & sequ.* præter alios relatos per *Peregrin.*

num in tract. de fideicom. art. 51. num. 48. vbi reassumit argumenta pro hac opinione, sed longiori methodo *Couarr. lib. 1. var. resolut. cap. 14. num. 7. & seq.* & omiffis intellectibus eorum ad *d. l. quoties*, in qua nodus consistit: dico cum *Gugliel. Perno siculo, magna autoritatis apud feudistas, in cons. 12. col. 12. circa medium*; ex huiusmodi donatione non esse illi Seio absentis acquisitum ius irreuocabiliter, quia pendet num acceptetur ab eo: & sic magis propriè dicitur ius illi delatum ex voluntate donantis, quæ voluntas, nisi reuocetur, semper durat in scriptura & contractu illo: eo autem peruento ad noticiam Sei absentis & acceptato, ius statim deducitur in esse irreuocabiliter, quia voluntas donantis adhuc durat: & ideo cum magno ministerio dicitur in *d. l. quoties, vtilem actionem iuxta donatoris voluntatem competere admiserint*: ex quibus verbis clarè colligitur, vtilem actionem Seio dari ex donantis voluntate, quæ adhuc durare præsumitur, cum reuocata non sit: ergo, secus si reuocata sit. Idque ratione æqualitatis seruandæ inter contrahentes concedendum est, cum ante acceptationem, Seius sit in libertate sua an velit acceptare, & parere voluntati donantis: pariter donans in eadem libertate esse debet ante acceptationem, scilicet desistendi & reuocandi. Et ideo *tex. in l. 3. ff. de seru. export.* dicit, *si is, qui vendidit, in eadem voluntate perseveret*. Nec obstat *tex. in l. quasitum, ff. eodem*, quia ibi non est quæstio inter dantem, & tertium seu seruum qui non interuenerat in contractu: sed inter dantem, & emptorem serui sub pacto manumittendi: & quæstio ibi erat, num detur actio ex vendito contra emptorem, qui manumiserat venditorē contradicente: & dicitur non dari, quia ibi erat causa onerosa inter emptorem & venditorē, id est, emptoris quoque intererat, seruum manumitti, ad quem finem pretium dederat. Sed in *l. 3.* erat quæstio inter dominum dantem, & tertium seu seruum qui non interuenerat in contractu, inter quos causa est lucratiua, non onerosa: & ideo *tex.* ibi requirit quòd dominus perseveret in eadem voluntate respectu tertij: quia eius respectu causa erat lucratiua. Et sic *Perni* intellectus ad *d. l. quoties*, vt procedat, donante in eadem voluntate perseverante, secus si reuocet: est satis comprobatus. Non tamen omittam quod decisum fuit per sacrum Neapolitanum Concilium in decis.

Dom. de Franchis 74. ad intellectum, *d. l. quoties*, scilicet dominium adueniente tempore non esse translatum in tertium illum absentem ante traditionem rei, nec agere posse vtili rei vindicatione; sed actionem illam vtilem in *d. l. quoties*, esse personalem ex contractu ad tradendum, de qua in *l. quodcumque §. si quis ita, ff. de verb. oblig.* ex qua traditione consequitur dominium. Sed *Camer. in l. Imperialem fol. 95. col. 3. in fin.* interpretatur de vtili in rem actione. In praxi durum esset contra stimulum calcitrare, auctoritatem scilicet tam Magni Concilij: cuius decisionem fouet ratio, scilicet dominij naturam esse, non abdicari à dante, nisi acquiratur accipiēti: quia in pendenti stare non potest, *ff. ex quib. caus. maior. l. nec vtilem, & d. l. absentis*. & ideo non sufficit traditio, nisi acceptetur, *§. praterea. In st. quib. mod. re contrah. oblig. Castrens. et Salic. in l. 1. ff. de vsucap.*

37 Conati sunt aliqui, quos refert *Couarr. loco cita. nu. 11* restringere conclusionem præcedentem, quoties pro illo absente stipulatus esset notarius, vt tunc etiam ante acceptationem absentis non possit donator reuocare. Sed contra senserunt *Alex. Carol. Ruyn. Aymon. & Cassaneus* relati per *Couarr. num. 13. vers. Tertio apparet, circa medium*, vt possit reuocari concurrente consensu donantis, & donatarij. Sequitur *Fab. Anna* coaceruans plures Doctores pro hac opinione in *cons. 52. num. 8 & Socci. in d. §. Flauius, nu. 18.* testatur, *tolemnes* aduocatos *Florētinos, ac Bal. nouell.* huic opinioni se subscripsisse: licet *Peregr. in d. art. 51. n. 51. in fine*, aliter distinguat ex mente *Alex.* mihi autem videtur valde vrgere, quòd possit reuocari: quia etsi notarius stipulatur pro absente, non tamen acquirit illi irreuocabiliter, quia pendet num acceptetur ab illo: ante verò acceptationem, si dicimus esse irreuocabilem ex parte donantis, & reuocabilem ex parte absentis donatarij daretur inæqualitas inter contrahentes, repugnante regula *leg. non debet ff. de reg. iur. in leg. Iulianus §. si quis colludente, ff. de act. emp.* & ideo in *leg. absentis ff. de donat.* permittitur reuocatio ante acceptationem: etiam tacita reuocatio, puta donando eandem rem alteri, vel obligando: tunc acceptatio subsequens donatarij non noceret creditori, vel secundo donatario: vt plenè docuit *Anchara. quæstion. familiar. 23. numero 17. Ioann. Baptista*

Hodierna in addit. ad decis 111. Surdi, nu. 2. & datur ibi ratio ex à sing. tex. in l. fin. §. lucius ff. de donationibus. Hinc And. in tit. de alien. feud. pat. num. 12. in fine, ibi, in donatione idem quod in stipulatione, æquiparatur hæc duo: ergo sicuti in donatione, & sic in casu d. l. quoties, omnes doctores, etiam hi qui contrariam sectati sunt opinionem in stipulatione, dixerunt, ante acceptationem illius tertij posse donantem & donatarium dissolvere donationem, & penitere: sic quoque stipulatione notarij interueniente; cum equiparentur hæc duo, donatio, & in alijs contractibus stipulatio, secundum And. Quòd si solus donator reuocaret ante acceptationem tertij absentis, donatarius verò non reuocaret: existimarem, non valere reuocationem, vbi interesset donarij, non reuocari, puta si donasset Titio & liberis: & sic est casus diuersus à precedenti, scilicet in donatione facta absentis, pro quo stipulatus est Notarius: in hoc enim secundo casu acceptauit donatarius, & sua interest, respectu tertij absentis, ad quam conclusionem firmandam induci potest leg. quæstum ff. de seruis export. dum ibi denegatur actio, quia emptoris interest seruum manumitti, dum soluerat pecuniam ad emendum vt manumitteretur; fiebat enim suus libertus: multò magis in patre acquirente pro liberis suis. Cæterum non concurrente interesse donarij, solus donans reuocare posset in præiudicium tertij absentis, quia in dict. l. quoties, dicitur, dari vtilem actionem tertio iuxta donatoris voluntatem. Et sic tota vis illius legis consistit in voluntate donantis perdurante. Remanet igitur firmata conclusio etiam de iure Romano, in concessione facta tibi & liberis, vel certo generi personarum, itaque versetur interesse concedentis: acquirentem non posse grauare liberos, nec illis præiudicium inferre absque concedentis consensu, à quo principaliter pendet ius liberorum, potius quàm à patre acquirente, vt demonstratum est paulò ante. Limita hanc conclusionem, vbi in concessione expressa esset qualitas hæreditaria, puta, tibi & liberis tuis hæreditibus: tunc pater posset grauare ex illa qualitate hæreditaria: quia ad rem concessam admitti non possunt liberi, nisi vt hæredes patris: prout ex Peregrino in tract. de fideicom. artic. 32. num. 11. testante de communi opinione, docuimus

supra num. 12. Idque fit etiam de voluntate concedentis, qui voluit liberos hæredes, ex qua qualitate successores ratam habere debent predecessoris voluntatem.

38 *Exposita prima forma concedendi officia absque qualitate hæreditaria, scilicet tibi & liberis: superest exponere secundam formam, scilicet concedimus tibi officium cum facultate nominandi successorem in dicto officio vnum ex filijs, vel agnatis suis. Et tunc primò queritur, num verba illa, & successorem in d. officio, sumantur pro hærede? dico, quòd licet regulariter successoris appellatio indicet hæredem, ff. de adendo l. quadam, §. nihil; actamen hic sumi debet pro successore in exercitio officij: cum verba sumantur declaratione à natura rei super qua profertur, ff. locati l. si vno: natura officij non admittit hæredem, cum in administratione consistat, dictum est supra num. 5. Vnde dum dat facultatem nominandi successorem in officio, non est præsumendum voluisse alterare naturam officij: quia qualitas alterans exprimenda est, §. profectò, supra de lege Corradi: sed præsumi debet, velle vt ministerio concessionarij in eligendo administratore post eum iuxta naturam officij ff. de manumis. vind. l. pater ex prouincia, ibi, solam enim electionem filio concessit; ceterum ipse manumittit. Et hoc modo interpretando, minus læditur natura officij, super quo fuit prolatum verbum. Secus si concessisset tibi & successoribus: tunc pernecessè dicitur alterata natura officij ad successores tuos: quia dum Rex non expressit administratorem officij post te, nec alij nominationem delegauit: ex natura rei non datur: inutilis esset concessio pro successoribus, si de successoribus tuis non intelligeretur: & sic in primo casu intellexit de successore rei scilicet officij, in secundo intellexit de successore personæ concessionarij. Et effectus est maximus: nam in primo casu, facta nominatione successoris: nominatus non retinet officium sub qualitate hæreditaria, & percõseques creditoribus nominantis non obligatur: iuxta conclusiones firmatas sup. n. 12. 26. & infra n. 42. 43. & 60. licet in actu nominationis grauari possit, quãdo cõteplatione nominantis cõcessa fuit facultas nominandi: vt infra n. 42. & 43. dicemus. At secundo casu, quãdo cõcessit officium tibi & successoribus: nedum qualitatem hæreditariam includit, sed omnes qui possent tibi*

tibi ab intestato succedere, succedent in officio: ex conclusione supra firmata *num. 7. in hac materia indifferanti dari successionem de iure Romano.*

39 In hac igitur forma, cum facultate nominandi successorem in officio vnum ex filiis, pater non acquirit filio ab initio stipulationis: quia natura officij non admittit successorem, sed extinguitur cum vita concessionarij, dictum est supra *num. 5. ex forma inuestituræ nec etiam, cum Rex extrinsecam nominationem patris requirat, vt ex filiis habilem & idoneum eligat: itaquod nominatione non facta specificè, vel generaliter instituendo hæredem: extinguitur facultas, vt dicemus infra in proprio articulo* Hac enim facultate nominandi dicitur constitutus pater executor Regis in eligendo futuro administratore officij, & sic nudum ministerium adhibet nominans: nominatus tamen officium habet à Rege qui facultatem nominandi concessit, non autem habet à nominante, *d. l. pater ex prouincia ff. de manumiss. vind. ibi, solam enim electionem filio concessit: Ceterum ipse manumittit.* Ex qua manumissione ius patronatus acquiri patri, qui electionem concessit, non filio qui elegit, dicitur in *l. si consentiente ff. de manumiss. ad idem ff. quod cuiusque vniuersit. nomin. l. item eorum s. i. ibi, parui enim refert, an ipse ordo elegerit, an is, cui ordo negotium dederit.* Gratia est tamen nominanti, dum remissa est ei electio personæ: & gratia est nominato erga nominantem quoque, dum poterat alium nominare. In hac igitur forma, pater concurrat vt causa instrumentalis seu media, non efficiens: non enim transmittit ipse pater in filium, sed mediante ministerio suæ nominationis Rex transmittit.

40 hoc non procedit in feudis, quæ etsi concessa sint cum facultate nominandi successorem filium: adhuc tamen ab initio concessionis acquiritur ius filio, post tamen mortem patris. Et est ratio, quia natura rei deductæ in concessione, feudi scilicet, includit in inuestitura filium successorem, cum detur successio in feudo: & sic facultas nominandi successorem filium, est superflua in feudis, cum absque nominatione succedat: secus in officijs, vt dicemus infra: Idque non aduertit *Mar. Frit. lib. 2. de subfeud. q. 46.* dum æquiperat inuestituram feudi, & officij, cum facultate nominandi successorem. Poterit tamen etiam in feudis prodesse facultas nominandi concessa, puta si data sit facultas,

nominandi successorem extraneum, vel etiam vnum ex filiis in feudo diuiduo inter filios, vt est de iure communi feudorum: his enim casibus dicitur alterata natura successionis feudi ex nominatione secuta, cum ex natura feudi omnes filii succedant, non extraneus, supra *si de feu. defun. mil. cap. omnes filij: & ex facultate prædicta nominatione secuta, acquisitio restringitur ad vnum filium, argum. ff. de leg. 2. l. vnum ex familia. s. si falcidia, & ibi glos. in verb. conditione.* Nominatione vero non facta, omnes filij succedent ex natura feudi, *d. cap. omnes filii, & l. ex facto. s. si quis rogatus, el. 2. ff. ad Trebell.* Et tunc

41 subtilis oritur indagatio, num debeatur vita militia ceteris fratribus exclusis, & fœminis paragium? loquor in Regno nostro respectu fœminarum, cuius legibus fœminæ sunt admittæ ad successionem feudorum, non concurrentibus masculis eiusdem gradus. Respondeo, quod cum omnes filii sint inclusi in inuestiturâ prædicta ex natura rei deductæ in ea, feudi scilicet, itaquod nominatione non facta omnes succedent in feudo: si vera est conclusio Doctorum, vitam militiam, & paragium dari in locum portionis à qua sunt exclusi, vt scripsi in mea repetitione *l. Imperialem s. præterea Ducatus, num. 109. & seq.* secuta nominatione, cum facta sit coarctatio acquisitionis ad vnum ex inclusis in inuestitura, vt dictum est paulò ante: ceteris exclusis dabitur vita militia & paragium. Et hanc opinionem sequor in linea descendenti, quia sic conclusum est loco citato, deberi licet non ex illo argumento exclusionis. In linea verò collateralis, puta, si inuestitura concepta esset, cum facultate nominandi vnum ex agnatis, vel familia: extimo non deberi aliis existentibus in eodem gradu: & est ratio, quia cum ex natura feudi noui non sint inclusi in inuestitura: facta nominatione non dicuntur exclusi: & sic cessat omnis ratio, quæ moti sunt sequentes affirmatiuam sententiam, deberi scilicet in linea collateralis.

42 Sed redeundo ad officia concessa cum facultate nominandi vnum ex filiis: num nominatus grauari possit à nominante? *Marin. Frit. lib. 2. de subfeud. q. 53. num. 4.* existimauit, nominatum non adstringi oneribus impositis à nominante: quia non ab eo habet officium, sed à Rege, licet mediante ministerio suæ nominationis, vt dictum, est *ex l. pater ex prouincia ff. de manumiss. vindic. pro hac opinione*

inducitur *l. vnum ex familia ff. de leg. 2. ubi* legato fundo vni ex familia, quem hæres elegerit: frustra ei quem elegerit, testamento suo legat hæres, quod post quam electus est, ex alio testamento petere potest. Et ideo in *seq. §. si falcidia*, dicitur, in falcidiz ratione attendendum esse testamentum eius qui iussit eligi, non hæredis qui elegit, qui nil de suo videtur legasse. Sed non obstat, est enim species ibi proposita satis diuersa à nostra: ibi fundus relictus erat vni ex familia, quæ hæres elegerit, *vt glo. prima* ponit exemplum: & sic actus acquisitionis non est in posse hæredis eligentis; vt bene declarat *glos. in verbo, debet*, dum ex huiusmodi legato dicitur acquisitus fundus omnibus de familia, si hæres non elegerit: *vt Bar. ibi docet num. 4. & glo. in verbo conditione*: immò posse cogi hæredem ab illis de familia ad eligendum, Doctores ibi existimauerunt: & ideo in *seq. §. si falcidia*, disponitur, in falcidiz ratione attendendum esse testamentum eius qui iussit eligi, non hæredis qui eligat. Rationem Iurisconsultus ibi, non enim facultas necessariz electionis, propriæ liberalitatis beneficium est. Quid enim est, quòd de suo videtur reliquisse, qui quod reliquit, omnino reddere debuit. Quæ vltima verba optimè probant exemplum positum à *glos. prima*, scilicet *lego fundum vni ex familia mea, quem hæres elegerit*. Hæc verba dispositiua in beneficium familiz mez, fundant acquisitionem in beneficium omnium de familia, coarctandã verò acquisitionem per nominationem sequentem ad vnum; vt bene probatur in *d. §. si falcidia, in fine*, iuncta *glos. in verbo, conditione*. At in officio cõcessio tibi cù facultate nominãdi vnũ ex filijs; verba in beneficiũ filij nõ sunt dispositiua, nõ. n. dixit, lego officium vni ex filijs tuis post mortem tuam: sed contulit in arbitrium patris, si nominauerit: nam ex natura rei deductã in concessione scilicet officij, filius non includitur cum extinguatur morte: ex forma concessionis nec etiam, cum extrinsecam nominationem patris requirat: sperat enim dominus, patrem electurum ex filijs suis habilem pro suo officio, & ideo protulit verba arbitraria in personam patris, scilicet cum facultate nominãdi vnum ex filijs. Vnde nominatione non facta, saltem genericè per institutione nõ hæredis, extinguatur concessio facultatis, cum opponatur voluntati concedentis, vt dicemus infra in proprio articulo. Igitur actus acquisitionis in filio, est in

posse patris: quia nõ nominando filiũ extinguunt cõcessionẽ: quod nõ erat in facti specie *d. l. vnum ex familia*. Qua propter existimo: hanc formam concedendi officium cù facultate nominãdi vnum ex filijs, vel agnatis: regulandam esse sub eisdem, duabus præcedentibus conclusionibus, scilicet vti facultas hæc nomandi concessa sit contemplatione solius patris acquirentis, puta propria illius pecunia, vel obseruitia ab eo præstita Regi, vel ex alijs circumstantijs indicantibus concessam, solius patris contemplatione: tunc nominans poterit grauare nominatum in actu nominationis: omnes enim rationes allatæ supra in prima conclusione, in ver. Ideo existimo distinguendas, possunt comodè aptari in hac facti specie: ac pariter *d. §. si falcidia, ibi, quid. n. est, quòd de suo videtur reliquisse*. Si autem nominans specificè non grauauerit; nominatus capiet officium ex propria persona vti inuestitus à Rege, licet organo & ministerio patris, *d. l. pater ex prouincia, ff. de manumis. vind. iuncta l. si cõsentiente ff. de manumi*. Quòd si facultas hæc nominandi concessa sit simpliciter, ita quòd non concurrat aliqua circumstantia indicans, solius nominantis contemplatione concessam; nominatus grauati non poterit à nominante: quia vt purus minister Regis & executor Regiz voluntatis nominat, cuius ministerio Rex confert, & Regis concessionarius efficitur, *d. l. pater ex prouincia, iuncta, l. si cõsentiente*, iuxta inductiones supra factas, & conferent omnes rationes allatæ supra in secunda conclusione.

43 Hinc inferitur, nominatum in officio conueniri non posse à creditoribus nominantis: ratio, quia officium non est in massa hæreditatis patris, cui concessum fuit cum facultate nominandi vnum ex filijs: cum ex natura officij, administratio tantum concessa sit patri, cuius morte extinguenda erat; dominium autem officij penes Regem esse, docuerunt *Dom. de Pont decis. 28. Franc. de Amicis, in cap. 1. fol. 62. col. 2. de bis qui feud. dar. poss. auctoritate And. in cap. 1. col. 2. in fine, de feud. March. in cap. 1. nu. 2. & 3. quis dic. dux*. Facta autè nominatione in persona filij; officium est nouũ in persona filij: quia à Rege habere dicitur mediãte organo vocis patris, vt dictum est: sicut etiam in usufructu, docuit *glos. in l. repeti ff. de usufruct.* & ratio hæc stringit, etiam quòd facultas nominandi acquisita sit à patre pecunia propria, vel seruitijs exhibitis Regi: quia

non

non ex eo alteratur natura officij, quin administratio tantum sit penes patrem, extinguibilis morte: qua extincta non transmittitur officium à patre in filium, vt dici possit quid hæreditarium patris penes filium; sed obuenit filio ex nouo titulo Regiæ inuestituræ, ex vi tamen nominationis patris: quæ facultas nominandi non erat in bonis & perconsequens in hæreditate patris, quia non transmittitur in hæredem, sed extinguitur si non nominauerit, vt dicemus in proprio articulo: & sic facultas hæc nominandi est quid facti, residens in persona, ff. de leg. 2. l. cum pater, §. hæreditatem, glos. in l. ex facto, §. si quis rogatus, et 2. in verbo liber factus, ff. ad senatus cons. Trebell. operatur tantum contemplatio personæ patris orta ex propria pecunia, vel seruitijs exhibitis Regi: vt grauare possit in actu nominationis, vt dictum est. Nec huic cõclusioni obstat dictum supra num. 12. & 26. scilicet hæredem nominatum adstringi oneribus nominantis: quia ibi concessio facta erat tibi & hæredi, vel cum facultate nominandi hæredem: quibus casibus haberi non potest officium absque qualitate hæreditaria, & sic nominandus est instituendus hæres: quia dum dominus sub certa qualitate concessit facultatem; qualitate cessante corrumpitur concessio ex defectu voluntatis, argum. ff. de liber. & posthum. l. comodissime, cum alijs citatis per Camer. in l. Imperialem fol. 65. col. 2. & fol. 56. col. 4. vers. non tamen omittam. Semota igitur qualitate hæreditaria, creditores vel legatarij nominantis agere non possent contra filium nominatum, quia actiones illæ personales contra hæredem dantur, C. vt actiones ab hered. & contra hered. Nec est par ratio feudi noui ex pacto non hæreditarij, quod respectu primi acquirentis habet vim hæreditarij, cum adstringatur esse hæres illius, vt in cap. 1. An agnat. Non enim feudalis hæc dispositio vti consuetudinaria, trahenda est extra feuda, vt supra latius docuimus in vers. Discussis igitur legibus Iuris Romani. Vel secundo attendi debet, quòd quamuis apud nostros recepta sit conclusio hæc: Feudum ex pacto non hæreditarium, habere vim hæreditarij respectu primi acquirentis; & proinde inuentarij beneficium non prodesse vsque ad valorem dicti feudi: prout testantur Fabius Anna in cons. 5. vol. 1. Vinc de Franch. decis. 368. citantes Andr. in tit. de alien. feud. pat. §. etsi libellum, nu. 9. vers. sed numquid feudum nouum. At-

tamen hoc ibi colligi non potest: vix enim ibi dicit Andr. posse vendi cum consensu domini in præiudicium successorum. Quomodo autem feudum non hæreditarium in sui essentia, habeat vim hæreditarij respectu vnus personæ tantum, scilicet primi acquirentis? non video: nisi dicatur, id venire extrinsecus ex iuris dispositione, dum quilibet successor tenetur esse hæres illius, & vt hæres tenetur ad onera pro feudo quod ab eo habuit: & ideò inuentarij non releuat in tali feudo. Sed hoc nõ tollit dubium: nam hæres tenetur vsque ad valorem bonorum hæreditariorum, l. fin. §. etsi præfatam, vers. contra ipsum, C. de iure delib. vbi pondera verba illa, rerum hæreditariarum: ergo, si res hæreditaria non excludit inuentarij beneficium, & secundum præfatam opinionem vsu receptam, feudum ex pacto nouum non excludit beneficium inuentarij respectu primi acquirentis: sequitur, quòd respectu illius feudum est hæreditarium: sed hoc stare non potest, esse hæreditarium respectu vnus, & respectu aliorum successorum non: vt supra probatum est, docetque Loffred. in cons. 1. ante num. 90. vers. præterea: sunt enim hæc contraria inter se, & proinde ex vnica causa, seu inuestitura produci non possunt, ff. de iurisdict. omn. iud. l. si per errorem, & ff. mand. l. 1. ergo, sustineri non potest in puncto iuris cõclusio hæc, scilicet habere vim hæreditarij respectu primi acquirentis, dum in sui substantia feudum nouum ex pacto, non est hæreditarium. Scripsi hæc pro Doctoribus extra Regnum nostrum, nam in Regno non recedimus ab opinionibus vsu iudicandi comprobatis. Si tamen pater nominaret filium in officio, & institueret hæredem: posset filius adire cum beneficio legis & inuentarij, & capiet officium non iure hæreditario, licet facultas illa acquisita sit pecunia patris, vel seruitijs Regi exhibitis, vt dictum est supra in vers. Infertur autem ex hac prima conclusione. Grauare ergo debet ipse in actu nominationis, eo casu quo acquisita est facultas propria pecunia, vel seruitijs, vt ibi dictum est.

Sed hic occurrit vna difficultas, de qua fuit consultus: diximus, creditores in actione personali, & legatarios nominantis, agere posse contra nominatum, si facultas nominandi contineret qualitatem hæreditariam, puta nominandi hæredem. Ratio est, quia hic nominandus institui debet hæres in officio à nominante, & vt hæres

hæres conueniri potest : quia acceptando officium dicitur adire , & sic quasi contrahit cum creditoribus , & legatarijs , *Inst. de oblig. qua ex quasi contract. nasc. §. fin.* Et per consequens conueniri potest , *C. vt act. hered. & contra hered. l. vnica* . Quæro , num possit hic nominatus cogi ad vendendum officium , instantibus his creditoribus , & legatarijs ? Respondeo : si sumi possent argumenta ex feudis ad officia : quia recepta est in Regno nostro praxis , cogendi hæredem ad vendendum feudum hæreditarium : vt testatur *Vinc. de Francis in decis. 704.* Idque in subsidium deficientibus bonis allodialibus , dicit *Regens de Ponte de Potest. Proreg. tit. de assens. Reg. super dote, in rubrica, num. 18.* seque- retur conclusio, posse cogi ad vendendum officium . At quia *supra num. 11. & 14.* latissimè deductum est , non esse trahenda argumenta ex feudis ad officia , præcipuè quando conclusio siue praxis in feudis præscripta , est exorbitans à regulis communibus, vt *num. 27.* diximus : & praxis hæc cogendi hæredem ad vendendum feudum , oppugnat voluntatem Domini Regis ; dum per indirectum , qui est feudatarius , definit esse feudatarius , & qui non est legitimus successor in feudo , per hanc viam indirectam consequitur feudum : vt ex rescripto suæ Maiestatis petentis , fieri consultationem super abrogatione huius praxis , testatur *Regens Camill. de Curte in suo diuers. feud. fol. 53.* Et licet consultatio adhuc facta non sit , & praxis in viridi sit obseruantia : attamen dicemus , in feudis præscriptum , quia in feudis iudicatum , & non plus , *ff. de itin. act. priu. l. si quis hoc, cum glos. & Bar. Iason in l. 3. num. 35. ff. de acquir. possess. & ego supra num. 27. in fine* . Et sic , quia Rex mediante persona nominantis elegit sibi successorem officij sui : dictum est supra , *num. 30. 53. & 77.* non debet amittere ministerium suum ad instantiam eius , qui non habet ius in officio . Ratione tamen qualitatis hæreditariæ , quia hic nominatus institutus hæres in officio , representat & ipse quoque personam defuncti , sicut & hæres in allodio : dum officia hæc esse militias , deduximus supra *num. 1.* & sic vti miles habet duas hæreditates , Paganicam , & Castrensem , *ff. famil. ercis. l. hætenus* , & per consequens representatur à duobus æquè principaliter : & ideo contribuere debent pro rata bonorum allodialium , & pro rata officij in oneribus hæreditarijs : iuxta opinionem vsu

receptam in Regno nostro , de qua *Vinc. de Francis in d. decis. 704. Gapp. decis. 198.* & ego plenissimè in *repetit. l. Imperialem, §. præterea Ducatus, num. 70. de prohibit. feud. alien. per Frider.* & est magis æqua opinio , vt fiat contributio pro rata bonorum , prout præscriptum est in Regno nostro ; quàm vt fiat pro portione hæreditaria , scilicet si essent tres hæredes in allodio , & vnus in officio : hic contribueret pro quarta parte , iuxta opinionem damnatæ memoriæ : docuit *Fabius Anna in cons. 4. num. 5. & 10.* Dixi , magis æqua opinio : quia ad ratam lucri hæreditarij sentiunt onus . Num autem possit fieri sequestrum emolumentorum officij huiusmodi hæreditarij , ad instantiam creditorum in actione personali , & legatariorum ? Videtur quòd sic , ratione qualitatis hæreditariæ : & quia principaliter , non in subsidium est obligatus hic hæres in officio : sicut principaliter est obligatus hæres in allodio : vt probaui in *d. §. præterea Ducatus, num. 70.* Sed in Regno nostro plures Doctores existimant , sequestrum non fieri super fructibus feudi hæreditarij contra hæredem , ad instantiam creditorum in actione personali . Rationes sunt , quia corpus feudi non capitur in vim executionis , ad instantiam huiusmodi creditorum , vt *Vinc. de Francis testatur loco cit. nec patitur fructus pendentes* , vt pars feudi non hipotecati . Secunda ratio : quia existimant , obligationem hæredis in feudo hæreditario , esse subsidiariam , si deficient bona allodialia : vt discutit *Afflic. in Constitut. Si quis post litem, num. 14. & 19.* Sed hoc argumentum resoluit *Cammer. sub distinctione, in cap. 1. an agnat. quest. 22. num. 155. circa finem, vers. quia illud est intelligendum* . Et licet *Afflic. loco cit. in fine d. num. 19.* testetur decisum per S. R. C. fieri executionem super fructibus feudi hæreditarij contra filium , etiam quòd nil possideat de allodio : contra opinionem *Afflic. existimantis* , non posse fieri executionem super fructibus feudi hæreditarij contra filium , qui non est hæres in allodio . Ea ratione , quia ipse *Afflic.* existimat , obligationem hæredis in feudo esse in subsidium : & ego probaui , esse principaliter : alias non posset sustineri praxis Regni nostri , vt æquè contribuat pro rata feudi hæreditarij in oneribus hæreditarijs , sed teneretur in subsidium . Et demum iuxta hanc opinionem , quòd fiat sequestrum in fructibus feudi , testatur decisum *Anna in singulari 180.*

ri 180. detracta tamen adoa Regi debita pro feudo, vt *Afflic.* docuit *hico citato*.

44 Sed videamus, num facultas hæc nominandi successorem in officio, sit personalis in acquirente, an verò transmissibilis ad hæredem suum? *Marin. Frit. libr. 2. de subfeud. quest. 44.* existimat, personalem esse ad hæredes non transmissibilem. sed ei obstant, *l. illud aut illud, ff. de optione legat. l. huiusmodi, §. fin. ff. de legat. r.* at tamen possunt euitari, loquuntur enim quando legatur res cum optione: tunc quia legatum transmittitur ad hæredes legatarij, transmittitur quoque optio vti accessorium legati: non enim hodie legatum huiusmodi est conditionale, *Inst. de legat. §. optionis*, & per consequens ius eligendi vti annexum legato. At concessio officio tibi cum facultate nominandi successorem, nominatio est personalis in te: quia officium ex sui natura non est transmissibile ad hæredes: ex forma prædictæ concessionis nec etiam est transmissum ad hæredes tuos: quia si non nominauerit, extinguitur facultas, vt dicemus infra: et probatur in *l. cum pater, §. hereditatem, ff. de legat. 2. in l. ex facto, §. si quis rogatus. el. 2. ff. ad Trebell.* Et induci potest *l. fin. §. sed & si quis, C. de commun. de legat.* vbi legato tibi seruo quem Caius elegerit; mortuo Caio non facta electione, ius eligendi non transmittitur ad hæredes Cai, sed tu poteris eligere. ergo ius eligendi non est transmissibile, vbi non est annexum rei transmissibili: & hoc modo concordantur leges contrariæ. Hinc dico, ex huiusmodi facultate nominandi tibi concessa, esse electam industriam tuæ personæ in eligendo successore administrationis, vt idoneum eligas, *cap. is, cui, §. sed si, de offic. deleg. in 6. & cap. si cui, de præbend. in 6. Dec. in cons. 492.* seruus nominari non potest, quia non est capax militiæ, idest officij, *glos. in l. 3. §. si quis minor, in verbo, sed ipse, ff. de minoribus 25. annis.* Inferitur autem ex hoc, non posse te facere nominationem hanc per procuratorem, *d. cap. is, cui, in fine, Dec. loco citato, contra Marin. Frit. quest. 47.* licet pro Marino faciat *glos. in cap. si quis iusto, §. porrò, vers. de certa, de electione in 6.* Sed posset sustineri, quando in mandato exprimeretur persona nominanda, puta ad nominandum Titium: & est ratio, quia deficit industria nominantis, quæ non censetur tunc electa. Inferitur 2. huiusmodi facultatem nominandi tibi concessam, non

extingui per mortem concedentis ante nominationem factam: quia hæc concessio respicit fauorem tuum in nominando successore, dum nominando rem gratam facis nominato, quia poteris alium nominare: quæ de re nominatus erit tibi obligatus ad antidora, *ff. de petit. hered. l. sed & si lege, §. consuluit.* Est igitur facultas hæc tibi concessa, gratiola respectu tui, & proinde cum gratia sit consummata, non extinguitur per mortem concedentis, *d. cap. si cui, de præbend. in 6.* extinguetur autem per mortem tuam, si facta à te non sit nominatio, *d. §. hereditatem*: eras enim delegatus à Rege ad nominandum, *d. l. pater ex prouincia, ff. de manumis. vind. cuius potestas extinguitur morte, glos. prima in cap. Quoniam Abbas,*

45 *extr. de offic. & potestat. iud. deleg.* Sed num pupillus possit nominare? *Caldas de nominat. emphyt. quest. 4. num. 5.* affirmat, accedente tamen authoritate tutoris cum decreto iudicis. *Ludouic. Molin. de iust. & iur. tom. 2. disput. 480. num. 10.* dicit, non requiri decretum iudicis: & ego quoque concuro alia ratione, quia nominando non disponit de re sua, sed domini; ipse nudum factum adhibet nominationi, vt probatum est supra. At quia non habet perfectum animi iudicium, ideo requiritur authoritas tutoris ad integrandum animi iudicium: loquor enim de pupillo maiore septennio. Infans enim non potest, quia non habet animi iudicium: poterit tunc pater substituere filio pupillari-ter, & sic facere testamentum filio, *§. r. & 2. inst. de pupill. substit.* & tunc substitutus vt hæres institutus dicetur nominatus, *Caldas, & Molin. locis citatis, & bene ex his quæ scripsimus infra post seq. quest.*

46 Sed num Titius, cui concessa est facultas nominandi successorem in officio, possit reuocare nominationem à se factam, & nominare alium? videtur quòd possit: *l. vnus ex familia, & ibi Bart. & Paul. Castren. ff. de leg. 2. ad idem tex. in l. si tibi electio serui, ibi, si non mutassem voluntatem, ff. de option. leg.* In contrarium facit text. in *l. Apud Ausidium, ff. de opt. leg.* Et datur ibi ratio, quia prima testatione consumpsit actum; cum enim supra probauerimus, nominantem adhibere nudum ministerium, Regem autem ministerio illius nominare: facta nominatione consumpsit actum ministerij, & acquisitum est ius nominato: ad idem tex. in *l. statu liberum, §. Sticchum aut Pamphilum, in fine,*

sine, ff. de leg. 2. & Et huius opinionis est Ludovic. Molin. de iust. & iur. tom. 2. disp. 483. num. 2. Et licet ipse excipiat ab hac conclusione, quando scilicet esset facta nominatio in testamento, ut assumat tunc naturam variabilem testamenti. Ego non concuro in hoc, tum ratione prædictæ, quia consumpsit actum, & per consequens extinctum est mandatum domini, qui cum concessit, non expressit testamentum, quo multiplicatur mandatum: unde in eius præiudicium non potest concessionarius id facere. Nec obstat d. l. unum ex familia: quia ibi erat graucus, cum moreretur restituere cui volet ex familia: & sic facultas eligendi erat collata in actu ultimæ voluntatis; merito naturam ultimæ voluntatis assumit, mutabilem scilicet. Soluit Paulus Castrensis. alio modo sub num. 2. vers. tertium dubium, sed prima est melior, cum sit ex mente Bal. ibi dem, vers. sic ergo. Et erit hæc limitatio conclusionis, ut possit variare, quando facultas nominandi successorem in officio, collata sit in actu ultimæ voluntatis, puta possit in testamento, vel cum morieris, nominare successorem in officio: idem Ludovic. Molina loco citato, num. 1. Nec obstat d. l. si tibi electio, quia glos. ibi soluit pluribus modis. Concuro tamen cum Ludovic. Molina sub d. num. 2. ut in utroque casu, si nominatus præmoriatur nominanti: possit nominans iterum nominare: & ratio est, quia nominatio prima non est sortita effectum, dum dominus cogitavit facere gratiam concessionario ut possit nominare. Ampliat præcatus auctor, si nominasset sub conditione, quæ deficiat ante mortem nominantis: ut possit iterum nominare. Cui ego non subscribo, quia ipse excessit fines mandati, quod erat simplex: & nominavit sub conditione. Unde actus nominationis extinxit mandatum: nec potest duplicari, vel reuiviscere absque domini voluntate. Et ex eadem ratione corruiet alia illatio eiusdem auctoris, ut possit substituere nominato. Corruit; quia esset multiplicare gratiam nominandi, dum substitutio est secundus actus, glos. in rub. inst. de vulg. subst. Alciat. lib. 4. Parerg. cap. 6. Est enim nominatio hæc successoris, alteratio naturæ officij, quæ est extinguiibilis: vade cum sit exorbitans à recta natura officij, interpretanda est strictè de primo actu, argumento ff. de verb. signific. l. boue, §. hoc sermone, & in tit. Episcopum, vel Abbat. §. quin etiam, in princip.

Quod si nominatio facta sit per actum nullum, puta in testamento nullo, vel in contractu nullo secundum regulas iuris: dicit præcit. Auctor, posse iterum nominare per actum validum: nisi testamentum esset nullum ex causa præteritionis, vel ex hæredationis: tunc ex auth. ex causa, C. de liber. præterit. cætera firma permanen, & per consequens nominatio facta in huiusmodi testamento. Hæc limitatio est vera, sed conclusio est dubia; siquidem concessio hæc nominandi, licet ut dispositio hominis non impleatur, nisi ex primo actu valido: attamen Doctores non sunt concordantes, distinguunt enim aliqui; ut si fiat per actum inter viuos: attendatur rigor, ut deficiat ex primo actu inualido, nec impleri possit per sequentem validum: secus si fiat per actum ultimæ voluntatis, ut Tiraquell. docuit, referens alios in d. §. hoc sermone, in 15. limitat. At quia ego plenissimè id distulvi infra in §. fin. num. 3. in articulo, num dato assensu ad testandum, possit secundum testamentum fieri ex vi illius assensus? ideo ad ibi scripta me refero. Restat tantum advertere: posse nominationem fieri quocumque modo, dummodo legitime probetur facta, puta coram duobus testibus: ex regula l. ubi numerus, ff. de testibus: nisi dominus aliud expresserit, puta, si concessit facultatem nominandi in testamento solemnii: vel si dixit per actum ultimæ voluntatis: poterit fieri in codicillis coram quinque testibus: vel si dixit per scripturam: poterit fieri per apocam duobus testibus roboratam: quia l. scripturas, C. qui pot. in pign. hab. requirens tres testes, loquitur in hipoteca ad finem præferendi cæteris: & sic est casus particularis. Igitur omnis forma expressa à domino in nominatione, impleri debet: aliàs corruiet actus ex damno voluntatis, ff. de usu, & habit. l. fin.

Amplia hanc regulam, etiam si facultas nominandi concessa esset à Rege ob pecuniam, & sic ex causa onerosa: est tex. in l. cum seruo, ff. de contrab. empt. ubi dominus mandans seruo, quod vendat certæ personæ: si vendet alij, corruiet venditio. Et nihilominus videbatur contrarium dicendum: quia dum volebat vendere rem suam, & habere pecuniam, præcipua causa mandati, erat pecunia, non qualitas personæ expressæ in mandato. Qua ratione attenda, glos. prima in d. l. cum seruo, exponens mandatum datum à domino de vendendo certæ personæ, dicit,

cit, alij non venditurus : aliàs cuilibet vendere posset : licet vnum nominasset dominus . Et sic *glos.* existimat, expressionem certæ personæ, regulariter non restringere mandatum : nisi alij venditurus non esset . Quo fit, vt hæc exceptio, scilicet alij non venditurus, probanda sit : dum regulariter innititur regulæ . Ex qua *glos.* fuit iudicatum in propria materia ampliationis officij data pecunia : ampliationem fieri posse in quemcumque habilem, etiam non seruatis qualitatibus & circumstantijs præscriptis in concessione : sic testatur decisum Ioan. Vincent. *Anna in allegat. 32.* cuius allegationis facti species corruptè scripta est : Fuerat enim data potestas ampliandi officia, data pecunia, ad vnum heredem, filium, siue generum . Sic inueni scriptum ad pennam in libro *Fabij Anna*, filij d. Authoris : licet in codice typis dato habeatur aliter . Et quia institutus hæres in officio, non erat filius : opponebat fiscus, non posse obtinere officium : quasi illa verba, *filium, vel generum*, restringerent illa verba, *ad vnum heredem*. Sic reperi pistillatum in eodem libro *Fabij*. Et licet aduocatus *Anna* subtiliter allegasset verba illa, *filium, vel generum*, vt species expressas post genus, non restringere genus, ff. de fund. instruet. leg. l. *quisitum*, §. *fin.* Nihilominus fuit iudicatum, ampliationem valere, ex alia causa, scilicet quia Rex elegit principaliter habere pecuniam ex ampliatione, & proinde poterat fieri ampliatio in quemcumque personam habilem : ex illa *glos. in l. cum seruo*. Sed salua pace eorum, *glos.* decepta est, & per consequens decepit : nam sua expositio ex eodem *tex.* improbat. Postquam enim Iurisconsultus posuerat casum in domino mandante, quod vendat certæ personæ : & seruus vendiderat alij, & sic corruerat venditio . Dat rationem Iurisconsultus, ampliatis etiam si mandatum datum esset personæ liberæ, dicens : *Cum perfici venditio non potuit in eius personam, cui dominus venire noluit*. Si ergo, ex sola expressione certæ personæ, cui mandauerat vendi, collegit Iurisconsultus negatiuam voluntatem domini mandantis, quod nolebat alij vendi : quomodo *glos.* dedit regulam affirmatiuam, posse cuilibet vendi, nisi exprimendo certam personam, non erat alij venditurus ? quasi qualitas hæc negatiua probanda esset : dum contrarium docuit Iurisconsultus, & post eum *And. in l. Imperialem, num. 4. ante primam Ad-*

dit. de prohib. feud. alien. per Frideric. dum docuit, dato assensu vt vendat Titio, non posse vendi Caio . Et *Bald. in d. l. cum seruo*, non concurrat cum *glos.* dum ex illo *tex.* collegit regulam negatiuam, scilicet mandatum datum in certam personam, non posse in aliam exerceri . Nec obstat, Regem elegisse pecuniam principaliter . Est enim hoc erroneum : vt latius docuimus infra num. 53. *vers. Quod si opponet, ex l. Titius puerum, ff. de obseq. d. liber. & libert. pat. & patron. prestand.* Non enim expressisset Rex in mandato certas circumstantias, scilicet vnum heredem, non duos : filium, vel generum : si principaliter elegisset habere pecuniam ex ampliationibus, dum ex mandato ampliandi simpliciter, maiorem quantitatem pecuniæ habere potuisset .

Restat nunc expendere rationem authoris *Annæ* ad illam decisionem : scilicet species enumeratas post genus, non restringere, d. §. *fin.* Respondeo, id verum esse, quando dispositio subsequens includebatur sub generica præcedenti : sic probat d. §. *fin.* Erat enim legatus fundus ita vt institutus est : adiecit deinde, *cum suppellectile, vel mancipijs*. Hæc mancipia & supellex continebantur sub legato, si parata erant ad vsum fundi, d. l. *quisitum*, §. *proinde*. Et ideo dicitur in d. §. *fin. videri ex abundanti adiecta*. Dicas tu, quia comprehendebantur sub illa qualitate generica fundi instructi : aliàs non posset dici, ex abundanti adiecta . At in facti specie proposita per *Annam*, data erat facultas ampliandi officia ad vnum heredem filium, vel generum . *Anna* sumit vnum heredem, loco generis : quia quilibet institui hæres poterat in officio : & sic includebantur sub illis verbis genericis, ad vnum heredem, & per consequens non restringebant genus illud, vnum heredem . Fateor fuisse ingeniosam interpretationem, nisi haberet vnam oppositionem, scilicet quod si verba illa, *ad vnum heredem*, appositae fuissent distincta à sequenti verbo, *filium* : debebat apponi disiunctiua, *vel*, sicut appositae fuit sequenti verbo, *vel generum* : hoc modo, ad vnum heredem, vel filium, vel generum . Quo fit, vt dum dixit, *ad vnum heredem filium, vel generum* : dictio, *vel*, est illa quæ distinguit : ergo, præcedentia verba, *vnnum heredem filium*, stant coniuncta, non disiuncta : & sic vtraque qualitas requirebatur in facti specie ibi proposita, scilicet quod sit filius & hæres :

res : vel gener & hæres . Et sic decisio illa claudicat .

50 Sed quid , si habens facultatem nominandi successorem in officio , decedat non facta nominatione , instituit sibi tamen hæredem vniuersalem : num hæres dicitur nominatus ? *Marin. Frit. libr. 2 de subfeud. quæst. 45* : loquitur in facultate nominandi hæredem in feudo , & concludit affirmatiuè : ratio est vrgens , quia feuda ex eorum natura habent hæredem filium , *cap. 1. de success. feud. facultas autem prædicta præsumi debet data ampliatiuè in fauorem concessionarij , quia gratia est , ff. de constit. Princip. l. fin. & sic quòd possit nominare etiam non successibilem de iure feudorum : non autem præsumi debet coarctatiua naturæ feudalis rei concessæ , vt non habeat hæredem filium , nisi nominet , argum. l. quòd fauore , C. de legibus . Sed in officio , quòd ex sui natura non habet hæredem , ratio hæc omnino deficit : attamen adhuc existimos hæredem institutum dici nominatum , ex *tex. à simili* , in *l. vnum ex familia , S. si duos* ; *ff. de leg. 2.* vbi retenta facti specie proposita in principio legis , fideicommissio scilicet fundi vni de familia , quem hæres elegerit : sequitur , *S. si duos* , quærens , *si hæres duos ex familia hæredes sibi instituerit , extraneo autem partem* (puta quartam) *fundis legauerit : pro ijs quidem portionibus , quas iure hereditario retinent , fideicommissum non magis petetur , quàm si alteri fundum prælegasset .* *Glos. in verbo , alteri* , exponit , qui esset de familia . Sequitur *text. pro parte verò in exterum collata , virilem , qui sunt de familia petent , admissa propter hæredum virilem portionem , compensatione .* Si igitur pro portionibus fundi , de quibus non disposuit in exterum , non inquietantur hæredes instituti ab eo qui facultatem nominandi habebat : ergo hæres , qui habebat facultatem nominandi , instituyendo dicitur nominasse . Et *glos. ibi in verbo , alteri* , dicit , quòd tantum operatur generalis collatio , quantum specialis , vt *C. de secund. nuptijs , l. si quis prioris , S. certum* , & *Bar. in d. S. qui duos* , sic adnotauit , quòd instituyendo hæredem videtur illum eligere , *Bald. in cons. quod incipit , Mibi prima facie videbatur quòd ista* , *Ruin. cons. 24. num. 13. lib. 2.* Nec obstat *text. in l. si ita legatum , S. illi si volet* , *ff. de leg. 1.* Vbi requiritur declaratio velle , aliàs extinguitur ob conditionem non impletam . Solutio erit , verba esse concepta per dictio-*

nem , si , quæ conditionem inducit , & condicio impleri debet in forma specifica : & ideo secus si oratio concepta sit per dictionem , eum , *l. uxorem S. Scevola* , & *ibi Bart. ff. de leg. 3. Socc. in l. quibus diebus , S. quidam Titio , num. 4. ff. de vend. & demonstr. facit text. in l. centesimis , S. fin. ff. de verb. oblig.* Declarata tamen conclusio- nem , non repugnante forma facultatis concessæ , puta si data sit facultas nominandi hæredem ex corpore , & is instituisset hæredem extraneum : nunc forma repugnat , & corrumpit ex tenore concessionis : priuilegij enim tenor primùm attendi debet , *cap. porro , extra de priuilegijs .*

51 Ampliat *Ioan. Vincent. Anna in singulari 391.* etiam non instituto hæredem vniuersali , vt tunc succedant in officio venientes ab intestato : & loquitur specificè in officio : Sed *Bal. ab ipso citatus* , dicit esse speciale in dote , secus regulariter : *tex. in l. secundum responsum , C. de contrab. & com. stipulat.* loquitur in re transmissibili ad hæredes , vt si mulier stipuletur à marito , partem dimidiam dotis , cum moreretur , dari cui ipsa velit relinquere : dicatur sibi reddi stipulata . addit *glos. & hæres aget* : dat rationem *Bar. in sumuario* , quia quilibet prouidet sibi & hæredi . Hæc cessant in re non transmissibili ad hæredes , quia dum officium extinguitur per mortem , & hæredem non admittit : non est locus regulæ , *l. si pactum* , *ff. de probat.* vt stipulando sibi , dicatur stipulari etiam hæredi , *Reg. de Ponte in cons. 136. num. 5. & 6.* Declaratur enim pactum à natura rei , *ff. de verb. oblig. l. stipulatio ista habere licere , S. si quis ita .* Ex cultate nominationis concessæ , nec etiam , cum extinguatur per mortem nominatione non facta , deductum est supra in articulo , num ius nominandi trauscat ad hæredes ? & *Bal. ab Anna citatus in S. gener* , dicit , *regulariter extingui : speciale tamen esse in dote , vt non extinguatur : probat tex. in l. qui Roma , S. Augerius* , *ff. de verb. obligat.* Et hoc modo respondeatur omnibus citatis per *Annam* , loquuntur enim in re transmissibili ad hæredem : tunc enim ex præsumpta voluntate acquirentis facultatem disponendi , dicitur dispositum in hæredes suos , qui sunt venientes ab intestato . At in re non transmissibili concurrens interesse voluntatis Regis , qui non concesserat hæredi Titij , quia futurum illius hæredem non cognouerat , an esset idoneus pro administratione officij : confidebat tamen in Titij bonitate .

fide

fide & industria, quòd idoneum administratorem electurus esset loco sui post mortem suam; & ideo dedit facultatem nominandi potius, quàm concedere hæredi Titij: vnde Titio non nominante, cum extingui facultatem nominandi, deductum sit supra: meritò non video, quomodo defendi possit opinio *Anna*, cui resistunt scripta per *Bursatum in cons. 266. vol. 3.* & ipse *Anna* testatur, Fiscales tenere contrarium. Vnde in praxi fuit inuenta cautela ab ipso relata. Quòd si replicares, ergò eadem ratione deberet excludi hæres vniuersaliter institutus: quia dominus illum non cognouit, num esset idoneus pro administratione officij, & ideo confidit in industria Titij quòd esset nominaturus habilem. Respondeo, quòd dum Titius instituendo Caium, illum cognouit & nominauit habilem administratorem & dominum pro bonis suis: multò magis præsumi debet vt habilis nominatus pro officio alieno; & ideo diximus, quòd instituendo dicitur nominasse: quæ ratio deficit in successoribus ab intestato, quos non defunctus, sed lex vocat.

52 Superest videre, num patris culpa commissa in officij administratione, ob quam priuatus fuit officio, noceat successoribus? distinguendi sunt plures casus: Primus est in officio concessio tibi & hæredi, vel cù facultate nominandi hæredem: & tunc culpa nocet, quia cum officium in prima forma obtineri non possit nisi sic hæres; in secunda autem forma nominari non potest nisi hæres: sicut possessor potest alienando nocere, quia hæres non inuenient in quo succedant; ita pariter nocere potest delinquendo, *Alexand. in cons. 1. vol. 1. probat tex. in l. 3. ff. de interd. & releg. vbi dicitur, delinquentem nil aliud adimere liberis, nisi quod ab ipso peruenturum esset ad eos, si intestatus in ciuitate moreretur, hoc est, hæreditatem eius, etsi quid aliud in hoc genere reperiri potest.* Hæc vltima verba probant, adimi quicquid sub qualitate hæreditaria transferretur in successorem; quia cum ob delictum sit priuatus, & deuolutum officium domino: hæres, qui alio iure quàm hæreditario venire non potest, non reperit in quo succedat, vt *Peregr. docuit in tract. de fideicom. art. 32.* & sic decisum fuit in causa notarij Iulij Cesaris Guadagni, qui habebat facultatem nominandi hæredem in officio tabellionis

Regiæ Curia: prout *Regens Rouitus* refert in *cons. ult. vol. 2.* Secundus casus est, vbi officium concessum esset tibi & liberis, vel cum facultate nominandi vnum ex filijs: his casibus, quia deficit qualitas hæreditaria, delictum etiam primi acquirentis nõ nocet liberis, *glos. est singularis in l. diui fratres, in verbo, fuisse, circa mediũ, ibi. Dico enim, ff. de iur. patr. & tex. ille benè probat, dum successio in bonis libertorum datur liberis patroni à lege, & sic tamquam liberis, non vt hæredibus: quia etiam agnatis patroni vsque ad certum gradum datur, s. multis, Inst. de succ. libert. & in fin. d. l. diui fratres, dicitur, notam aspersam patroni filio, liberis eius non nocere, ex sententia Iuliani. & Vulpiani contra Proculum.* Et quòd loquatur etiam in delicto primi acquirentis, *Bar. sic summat tex. illum dicens, delictum aui vel patris non nocet nepoti vel filio in iure libertorum: & tex. ille ad litteram loquitur in liberto auito.* Eandem opinionem probat *tex. in l. 4. ff. de iur. patron. qui tex. ad litteram loquitur in liberto patris, & sic primi acquirentis ius patronatus; dicens, iura libertorum paternorum salua esse liberis, cum pater eorum perduellionis crimine damnatus esset.* Capiunt enim tunc filij non vt hæredes, sed ex propria donatione, ex *l. si quis operas, & l. vt ius iurandi, s. si liberi, ff. de oper. libert. & l. quodcumque, s. si quis ita, ff. de verb. oblig. & l. 2. & 3. C. de donat. qua sub modo, latissimè deduximus supra in verbo, Ideo existimo distinguendas, & in verbo, Et primò videamus.* Contemplatio enim in primo acquirente operatur tantum, vt specificè grauare possit: non autem vt acquisitum penes liberos sit quid hæreditarij patris, vt sup. deduximus in verbo, *Infertur autem ex hac prima conclusione.* Cum igitur liberi capiant ex propria donatione, vt comprehensi in inuestitura, & concessione: delictum parentum eis non nocebit, *d. l. 3. ff. de interd. & releg. ibi, nil aliud iuris adimere liberis, nisi quod ab ipsis peruenturum esset ad eos, hoc est, hæreditatem, etsi quid aliud in hoc genere reperiri potest.* Ex quibus verbis habetur conclusio vniuersalis negatiua nocendi liberis, cum vna tantum limitatione, scilicet in rebus hæreditarijs. Nec obstat feudalis dispositio in *cap. 1. si vas. seu. priuet. cui deser. & in cap. si vassallus culpam, supra si de feud. defunct. milit. cont. sit.*

T

vt in

vt in omni delicto priuationis feudi, descendentes omnes delinquentis excludatur, quæ dispositio in omni feudo etiã ex pacto non hæreditario & antiquo sibi vim præscribit: vt ex communi Doctorũ sententiã testatur *Reg. de Pon. in d. c. 1. in princ.* vbi pariter dicit, dispositionẽ hanc feudalem exorbitantẽ esse à iure Romano, l. 3. ff. de interd. & releg. & in d. l. diui fratres. ff. de iure patron. & proinde non trahendam extra feudalem materiam. Quod non aduertit *Capyc. in decis. 121. num. 31.* arguens ex legibus feudalibus. Et in sua facti specie erat facta concessio nominandi vnum ex generis: & sic deficiebat qualitas hæreditaria. Et licet ipse in fine d. decisionis, valde dubitauerit contra generum nominatum, vt culpa foceri nominantis noceat; sed quia foceri contẽplatione erat acquisitũ officium. Id fuit: quia ipse *Capyc.* secutus est opinionẽ *And.* in feudis, scilicet contẽplationem personę in acquirendo, operari qualitatem hæreditariam in acquisito. Idque non esse verum de iure Romano, etiam ponderatis legibus *And.* probauimus supra num. 31. & seq. Et Ideo Regij Consiliarij fuerunt anticipites in hoc dubio, & nil deciderunt: vt ipse refert in fine. Nihilominus, ex alia ratione sustinetur conclusio; culpam nominantis in officio commissam, nocere nominato, etiam semota qualitate hæreditaria in nominatione: & ratio est, tacita reuocatio mandati Regis in nominatione considerati, quæ tacita reuocatio oritur ex culpa prædicta: vt dicemus in seq. quest. num. 53. in fine. Quo fit, vt præiens questio distingui debeat in duo capita: Primum est in concessione facta tibi & liberis: & tunc culpa patris non nocet filio, & procedunt argumenta prædicta. Secundum caput est in concessione facta cum facultate nominandi vnum ex liberis, & tunc nocet. Quod si Rex in concessione officij tibi facta, nominet successorem in eodem officio Titium filium tuum, vel primogenitum tuum: culpa tua in officio commissã, non nocebit filio: quia habet inuestituram à Rege ex propria persona, non autem mediante nominatione patris. Et sic deficiet in hac facti specie, reuocatio tacita mandati de nominando, quæ oritur ex culpa nominantis commissã in officio: ex qua tacita reuocatione diximus, culpam nominantis nocere nominato: pro vt subtiliter *Capyc.* docuit in dicta decis.

121. num. 32.

53 Sequitur videre, num habens facultatem nominandi successorem in officio, possit facultatem hanc exercere post delictum committum in officio? Respondeo: si facultas nominandi est hæredem; certum est non posse; quia inutilis erit, dum non inuenit in quo succedat: delinquendo enim deuolutum est officium dommo: & ita fuit pronunciatum in causa notarij Iulij Cæsaris Guadagni, vt *Regens Rotutus* testatur in consilio vlt. volum. 2. Sed hæc ratio non est tuta, quia ex facultate nominandi constitutus dicitur acquirens, procurator & minister Regis in eligendo officiali, qui administrat officium post mortem nominantis, itaque Rex dicitur eligere voce & ministerio nominantis: & facta nominatione dicitur inuestitus à Rege, l. pater ex prouincia, ff. de manumij. vindic. ibi, solam enim electionem filio concessit: ceterum ipse manumittit. Et tunc effici libertum patris qui concesserat electionem filio, non autem filij qui elegit, dicitur in l. si consentiente ff. de manumiss. ergo nominans non in re propria nominat, sed in Regis; quia officium in dominio Regis esse, administrationem tantum concessam officiali extinguibilem per illius mortem, deductum est supra num. 2. . . & sic nil refert qualitas hæreditaria in nominatione quoad hoc, quia omnis nominatio siue sub qualitate hæreditaria, siue non hæreditaria, versatur in re mandantis electionem, non autem in re nominantis: & sic ratio, quia non inuenit in quo succedat, non est bona: quia non capit iure successionis, sed iure nouæ inuestituræ à Rege, voce tamen nominantis. Sed licet ratio prædicta non sit vera, est tamen conclusio verissima, ratione de qua infra. Si verò facultas nominandi concessa sit absque qualitate hæreditaria, iuxta cum facultate nominandi vnum ex filijs, vel agnatis: tunc videtur posse nominare post delictum, ff. de leg. 2. l. cum pater. d. hæreditatem, ibi, quo interea in insulam deportato, eligendi facultatem non esse pena peremptam placuit. Sed glos. in verbo, deportato, dicit, secus in damnato in metallum, quia efficitur seruus pena, ff. ad Trebell. l. ex facto, d. si quis rogatus, et 2. Ergo, datur delictum quo facultas nominandi extinguitur. Sed verus tex. ille non se fundat in pena tantum, qua efficitur seruus pœnæ, nullo ante

ante concepto filio : quia iam parere conditioni non poterit , inquit tex. videtur decessisse sine liberis . Pondera filla verba , quia iam parere conditioni non poterit . Et tamen defectus in filijs conceptis post penam patris , non oriebatur ex culpa filij nominandi , sed ex culpa patris qui nominare debebat , qua culpa erat effectus seruus penę . Ergo , in nominatione non attenditur sola facultas naturalis in nominante , scilicet quod sit viuis vt possit nominare ; sed pariter vt non commiserit delictum , quo efficiatur incapax nominandus . Hinc , si habes facultatem nominandi hæredem successorem in officio , committat delictum quo nõ possit habere hæredem , puta si bona publicentur fisco ex delicto : tunc extinguitur facultas nominandi ex defectu subiecti nominationis : quia non potest habere hæredem . At in facultate nominandi vnum ex filijs , vel agnatis : est maior difficultas , quia d. *S. si quis rogatus* , loquitur in facultate nominandi vnum ex filijs suis , in bonis fideicommissis suppositis ab auo : & sic non requirebatur qualitas hæreditaria nominantis in persona nominandi : & nihilominus ex delicto patris quo erat effectus seruus penę , filius conceptus post , efficitur incapax nominationis passiuę : quam incapacitatem non efficit pena deportationis , vt in d. *S. hæreditatem* : ergo , non omne delictum extinguit facultatem nominandi .

Ego verò existimo , saluo tamen iudicio melius sentientis : quod ex delictis communibus commissis extra officium , si condemnatus sit capax habendi hæredem , & facultas sit nominandi hæredem : non extinguitur facultas , & poterit nominare instituendo hæredem nominandum . Si verò facultas nominandi non sit restricta ad hæredem , & delictum sit commune , nõ tamẽ tam graue quod efficiat inhabiles filios : non extinguitur facultas nominandi , ex d. *S. hæreditatem* , & in hunc sensum intelligendus est *Caldas de nominat. emph. q. 5.* et si contrarium existimet *Ladouce. Molin. de iust. & iur. tom. 2. disput. 481. num. 17.* non enim est verum , nominantem transferre ius suum , & de iure suo disponere : vt paulò ante deductum est , & præcipuè in officijs , quorum nudum exercitium est administrantis , vt dictum est *num. 2.* & ideo aduertatur , *Mol. loqui in emphiteusi cum facultate nominandi hæredem* : quæ emphiteusis est in do-

minio vtili emphiteusę : ideo casus est dissimilis ab officio . Quod si delictum patris sit graue , puta læsæ Maiestatis , quo filij efficiuntur incapaces , C. *ad leg. Iul. Maiest. l. quisquis* : tunc extinguitur facultas nominandi , d. *S. si quis rogatus* . Ex delictis verò commissis in officio , quibus priuatus est officio , vel venit priuandus : omnem facultatem nominandi extingui existimo : ea ratione , quia cum ex huiusmodi facultate nominandi constitutus sit procurator Regis in nominando administratore officij post mortem suam , ita quod Rex dicatur nominare voce , & organo nominantis : & facta nominatione dicitur nominatus inuestitus à Rege , vt dictum est supra : dum delinquit in officio tali culpa , qua indignum se facit officio domini : tacitè reuocatur à domino mandatum nominandi successorem : deficit enim confidentia : quam dominus habebat in eo , vt habilem & idoneum nominaret in officio : quia ipse malus in eodem genere mali , scilicet malæ exercitationis officij , præsumetur nominare malum administratorem , arg. *cap. Tantis, in fine, 81, dist.* cum simile semper appetat sibi simile . Est enim hæc causa sufficiens ad præsumendam tacitam reuocationem mandati , quia in officijs facultas concessa dicitur , quamdiu benè se gesserint officiales ; Ceterum se male gerendo , reuocatur privilegium ; ita docet *dom. de Franch. in dec. 457. in fine. vers. Accedebat prædictis* , & inducit in argumentum *l. si cum Cornelius, vers. nec causam habuisset existimandi se id inuita seia facturum esse. ff. de solutio.* vbi æquiperat expressum præceptum Seie vetantis : fundum reddi , ac iusta causa superueniens qua existimare debuisset inuita Seia facturum . Hinc *Regens Constantius in l. 1. num. 108. C. pen. fise. Cred. præfer lib. 10. & Dom. de Ponte in decis. 28.* dicunt , in officijs præsumi appositam clausulam , vt comissa culpa in officio resoluatur concessio , quæ sub conditione intelligebatur facta scilicet , donec benè se gesserint in administrando .

Quod si opponet delinquens , se pecunia acquisiuisse dict. facultatem nominandi : & sic concessio facultatis nominandi , transit in titulum emptionis , & venditionis , quo Rex obligatur de iure gentium stare concessis , *Dec. conf. 286. num. 6. Felyn. in cap. nouit, num. 18. de iudicij* , cum alijs citatis per *Portium libr. 5. commun. opin. concl. 59.* & per consequens

si non posset expressè reuocare mandatum in facultate nominandi virtualiter consideratum, multò minus præsumi debet tacitè reuocatum ex superuenienti delicto Respondeo, quòd pecunia soluta pro facultate nominandi, non alterat naturam facultatis prædictæ: sed dum dominus erat electurus procuratorè qui nominaret administratorem post mortem præsentis administratoris, in hoc recipit pecuniam à te, vt potius te procuratorem, quàm alium eligat: sed non alteratur natura rei deductæ in concessione, arg. *leg. Titius puerum. ff. de obsequ. à liber. & libert. paren. & patrono præstand. vbi pecunia à seruo data domino suo, vt illum manumittat, non alterat naturam manumissionis, sed adhuc efficitur libertus; præponderat enim beneficium, inquit tex Et hac ratione feudum emptum non alterari in sua natura feudali ex pecunia, deductum est in mea repetitione l. Imperialem, num. 209. de probis feud. alien. per Frid. Vnde cum facultas nominandi nit aliud sit, quàm constitutio procuratoris Regis ad eligendum administratorem in officio, vt dictum est supra: iusta causa superueniente posset reuocare mandatum, quod aliàs ratione pecuniæ acceptæ fuisset irreuocabile. ff. de procurat. l. post litè, ibi, causa tamen cognita. Vbi glo. dicit, grauius reuocari, quia damnum pecuniarium est hic Est autem iusta causa reuocationis, si suspectus fiat procurator domino. ff. eodem l. si suspectus. In nostra facti specie, iusta suspitio erit, delictum in officio commissum quo priuetur: si enim tunc liceret nominare, peiorem se nominaret: & ideo licèt ratione pecuniæ datæ pro facultate nominandi, non potuisset Rex reuocare mandatum in facultate consideratum, & sic tollere facultatem nominandi concessam: liceret tamen id facere eo delinquente in officio quo veniret priuandus. Cumq. licita sit hæc reuocatio expressa, licita erit quoq. tacita ex d. l. si cum Cornelius Quæ ratio cum prescribat sibi vim in facultate nominandi hæredem, vel filium, agnatumq. ideo generaliter erit præscribenda conclusio, vt extinguatur facultas nominandi.*

34 Nec conclusioni huic obstabit l. fin. C. de reuocam. donat. scilicet hæredè non placitandum seu inquietandum pro delictis commissis per defunctum. Non enim agimus de irroganda pœna hæredi, sed de tacita reuocatione mandati, orta ex illis delictis in officio commissis: quo

fit, vt data tacita reuocatione mandati, deficit titulus in nominato: & tunc Rex vindicat rem suam, scilicet officium, cuius dominium erat penes se, administratione concessa, extincta per mortem concessionarij: & sic actio contra nominatum est merè ciuilib, non criminalis: vt latè comprobauit Regens Rouitus in decis. 64. num. 21. ex Abbat. Felyn. Io. de Anan. Marant. Vinc. de Franchis, & Grat. quibus ego addo And. in tit. qua sit prima caus. benefic. amitt. num. 27. vers. Aly dicit indistinctè & melius: vt possit placitari hæres à domino ad condicendam rem suam. Et respondet d. l. fin. Quo fit, vt in facultate nominandi hæredem, conclusio præcedens, sit indubitata, vt placitari possit nominatus: quia vt hæres illud habet: & sic facultatem nominandi extingui ex delictis in officio commissis à nominante, ego absque dubio admitterem in delictis irrogantibus ipso iure pœnam priuationis officij: quia tempore nominationis factæ, nominans non erat officialis: & à quo remouetur simplex, scilicet facultas sibi officiali concessa, nominandi sibi successorè, in officio. Licèt Dom. Rouitus loc. cit. num. 22. videatur requirere, quòd delinquens sit actus de delictis ante mortem, scilicet capta informatio, etsi lis non sit contestata. Sed ipse loquitur in exactiõne pœnæ præscriptæ à lege delictis commissis ab officiali mortuo. Nos verò loquimur in tacita reuocatione mandati, orta ex illis delictis: quòd mandatum implicitè erat datum à Rege in facultate nominandi concessa: vt dictum est num. 26. libentius autem concedi debet hæc tacita reuocatio, fauore publicæ utilitatis: nè malum officialem sibi similem eligat. Vel secundò dici potest, requiri esse actum, in delictis non irrogantibus pœnam priuationis ipso iure: deficit enim tunc ratio supra allata.

Quæ autem sint delicta irrogantia pœnam priuationis officij ipso iure? Capyc. in decision. 121. numero 23. dicit, se non inuenisse legem, id generaliter disponentem: nisi in casibus particularibus: Inter ceteros autem casus, est pragmatica 48. titulo de officio procuratoris Cesaris: quæ loquitur in perceptoribus prouinciarum; & in fine illius fuit extensa ad Portulanos: vt pro delictis ibi expressis, irrogetur prima vice, pœna amissionis prouisionis vnius anni: secunda verò vice, pœna priuationis officij ipso iure.

Et

Et aduerte in casu prædicto, quòd ad hoc vt irrogetur pœna priuationis officij, requiritur, vt officialis prædictus fuerit inquisitus & punitus prima vice, pœna amissionis prouisionis vnus anni: vel fuerit sibi remissa gratosè à Principe: non autem sufficit, commississe pluries idem delictum: vt est *tex. notabilis in l. capitalium, §. solent, ff. de penis, in vers. quòd si ita correcti: & in vers. & aliquoties apprehensi, tractati clementius*. Quæ verba non admittunt opinionem, vt sufficiat captæ informatio prima vice, licet non punitus. Et ratio mihi videtur, quòd dum legislator mandat puniri prima vice, pœna clementiori; & secunda vice, pœna duriori: agruat pœnam secunda vice, quia præsumitur incorrigibilis; dum punitus non destitit delinquere in eodem genere. Fuerunt enim inuentæ pœnæ principaliter ad correctionem delinquentis, *d. §. solent, in vers. quòd si ita correcti*: Quæ verba probant nostram rationem. Hæc incorrigibilitas deficit, dum non fuit punitus prima vice. Diuersitas autem opinionum in hoc articulo recensetur à *Dom. Rouito in dec. 64. num. 17. & seq.* Est quoque aduertendum ad comprobationem præcedentis conclusionis, scilicet hæredes officialium placitari posse ad pœnam pecuniariam, vel amissionis officij, pro delictis commissis à defuncto officiali in officio: Id enim lege Iulia repetundarum cauetur in *l. 2. ff. ad leg. Iul. repet.* Cuius verba sunt hæc. *Datur ex hac lege & in hæredes actio, intra annum duntaxat, à morte eius qui arguebatur*. Ponderata verba illa, qui arguebatur: & erit verà opinio eorum qui dicunt, dari actionem in hæredem intra annum, si fuerit lis contestata cum defuncto, vt *Bar. refert in l. 1. num. 5. ff. ad leg. Iul. repetund.* tunc enim arguitur reus, cum contestatur sibi lis: quia interrogatur super delicto, & ipse negat: iudex autem obiurgat reum ex deductis in informatione. Et licet nonnulli contrarium sentiant, quos refert *Dom. Regens Rouitus in decis. 64. num. 9.* communis tamen opinio se habet, vt procedat hæc secunda opinio in pœnis pecuniarijs, vel priuationis officij, ipso iure inflictis à lege: vt ipse testatur *sub num. 10. & 11.* dicit tamen *sub num. 23.* fuisse practicum & decimum, lat esse si accusatio facta sit, & sic capta informatio tempore quo vivebat delinquens, licet contestata lis non esset cum eo. Sed hæc declaratio præscribit sibi vim in delictis non irrogantibus pœnam ipso iure, vt est re-

gulariter, exceptis quibusdam casibus expressis in iure, secundum *Capyc. in decis. 121. num. 23.* Ceterum in delictis irrogantibus pœnam priuationis officij ipso iure, cum sit actio merè ciuilibus persecutoria rei suæ: quæ actio proponitur contra hæredem ad consequendam possessionem tantum: nam titulus administrationis concessæ erat resolutus ex delicto, vt dictum est paulò ante: non est coarctanda hæc actio tempore, sed simpliciter dari contra hæredem, sicut cætera iudicia rei persecutoria dantur: vt *And. optimè probauit in sit. quæ sit prima causa benef. amit. num. 27.* Nec obstat *d. l. 2.* loquitur enim in pœna quadrupli, quæ à lege Iulia datur, *l. 1. C. eod.* quæ datur etiam contra hæredem, *l. 2. C. eod. iuncta glos. in verbo, ab hereditibus*. Nos verò loquimur in pœna priuationis officij, quæ verè non est pœna: nam delictum deducitur in hoc iudicio ad resoluendum titulum concessionis, seu ad demonstrandum, esse resolutum titulum, & proinde condicere rem suam: vt latè *And. probat loco cit.* Nec pariter obstat *decisio 64. Dom. Rouiti*; nam in illo casu pœna priuationis ipso iure, non erat purificata: quia non fuerat actus prima vice delicto: & per Regiam pragmaticam pœna priuationis ipso iure, infligebatur secunda vice: quo fit, vt facti species ibi proposita, remanebat sub dispositione iuris communis, scilicet legis Iuliæ repetundarum, qua non est dispositum, infligi pœnam ipso iure; sed est dispositum in *d. l. 2. ff. eod.* dari actionem contra hæredem intra annum duntaxat. Nimirum, si inquisitus in *d. decis. 64.* absolutus sit. Nos verò loquimur in pœna priuationis officij, à lege inflictæ ipso iure: quo casu, Rex auocat possessionem tantum rei suæ: & sic iudicium est merè ciuile, rei persecutorium; ideo simpliciter dari debet contra hæredem. Et ideo *Dom. Rouitus sub num. 24. in vers. respectu cuius ciuilitatis*, dicit, hunc articulum ciuilem fuisse relictum liberum Regio fisco, illud proponendi in Regia Camera. Dicit tamen in *d. num. 24.* hæredem spoliandum non esse possessione officij, lite pendente. & bene dicit respectu hæredis: quia causa est merè ciuilis. At pendente inquisitione contra officialem delinquentem, pro delictis in quibus veniret imponenda pœna priuationis: Si ex informatione capta appareret aliquod vrgens indicium: est interdicens administratio: aliàs secus, *vinc. de Franchis in decis. 8.* quæ est notabilis deci-

hac materia . dicit tamen *sub num. 7. Fisci patronum instare debere pro suspensione administrationis , ante terminum datum inquisito ad se defendendum: aliàs iudicis officium conquiescit in hoc .*

Sed aduerte , quòd eo casu , quo suspensio obuenerit ex delicto : emolumenta offi. ij amittuntur , *Innoc. & Bald. in cap. sicut , extra de cobab. cler. & mulier. Bar. in l. cum allegatis , C. de re milit. & ibi Rebuff.* Quod maximè procedit in salario , ratione laboris : quia ipse suspensus non laborauit , immò substitutus laborauit . Et procedunt hæc , quando post suspensionem , condemnatus est : quia tunc constat de iusta suspensione . At in officiali suspensio ob solam suspicionem malæ administrationis , & est in suspensio , si malè administrauerit vel nè : non est dubium , debere interim esse in suspensio , amissionem emolumentorum & salarij : itaque facta restitutione officij , & officiali ab inquisitione absoluto , debent restitui emolumenta percepta medio tēpore , *l. pen. ff. de re milit. Faber in l. 1. C. de assessor.* At in salario est secùs , puta si officialis iustitiæ fuisset suspensus , & pendente suspensione suffectus alius in illius locum ; absoluto deinde suspensio , salarium non restituitur : quia interim officium non poterat esse sine rectorē : & quia salarium debetur ratione laboris , & suffectus laborauit , non suspensus : ideo non recuperat salarium : vt decisum refert *Regens Moles , die 12. Iunij 1567. in sua quest. 22. ex tex. in l. Titio , ff. ad municipal.* Nec obstant doctrinæ *Innoc. & Bald.* procedunt enim in fructibus rei suæ , & iuris sui dominij : at in salario est secùs , quia illud debetur ratione laboris : & ita est , suspensionem quo tempore facta fuit , iustam fuisse ex iudicijs tunc existentibus , *Paris de Puteo in tractat. sindicat. in verbo accusatus, Lucas de Penna in l. iudices , C. de dignitat. libr. 12.* & culpa sua fuit , quæ præcessit casum , quo ipse desijt laborare , & salarium recipere . Et ideo existimo , quòd si deinde obuenerit decretum , licentietur , vel non procedatur , vel deleatur titulus : quia constat ex forma horum decretorum , nullam culpam præcessisse casum , idest , inquisitionem , immò illam iniustam tunc recuperare debet etiã salarium ; quia inquisitus nullam occasionē iustã tribuit inquisitioni , sed fiscus fuit nimis properus & procliuis ad inquisitionem . Licet *Moles loco citato* referat , emolumenta exi-

stentia restitui , non consumpta , nec salarium . Sed forsan in illo casu non fuerat absolutus inquisitus sub præcedenti forma , sed alia , puta liberetur in forma . Hæc enim forma indicat , adfuisse indicia sufficientia ad inquirendum , & sic culpam præcessisse casum . Cogitent acutioris ingenij Doctores .

Refert quoque decisum *Moles loco citato* , Regios officiales suspensos ad certum tempus , non posse reassumere officium elapso tempore absque licentia Regis ; ratione reuerentiæ illi debitæ , *ex tex. in l. Imperator , ff. de postulan. Cremenfis sing. 47.*

Sed quid si officialis inquisitus de delictis commissis in officio , aufugerit & se absentauerit : num vti contumax habetur pro confesso , & priuari possit officio ? *Regens Moles in quest. 23.* refert decisum , quòd sic , in perceptoribus prouinciarum , seu quæstoribus pecuniarum fiscalium : *ex tex. in l. Consiliarios , C. de offic. assessor. qui text. loquitur ne dum in magistratibus seu officialibus iustitiæ , vt sunt assessores : sed etiam in officialibus ministerij iurisdictionalibus : patet ex illis verbis , & Cancellarios : vbi glos. exponit , idest , suos notarios : & ibi , eos qui domesticorum funguntur officio : vbi glos. exponit , idest , suos milites , & alij de familia .* Et deciditur ibi , accusatum haberi pro confesso , & puniri in quadruplum eius , quod in officio abstulerit : si aufugerit , & in contumacia persistit . Et *Bar.* in illo *tex.* notat , fugam facere haberi quem pro confesso . *Ioan. de platea in l. si apparitor , C. de cohortalib. libr. 12.* ponit practicam , vt citetur cum comminatione , quòd nisi intra talem terminum comparuerit , condemnabitur . Multò magis erit tuta hæc opinio , si in priuilegio officij adsit clausula , quamdiu benè te gesseris in officio : nam clausula hæc resoluit concessionem , vt dictum est in *preced. num. 53.* Est & alia ratio , scilicet , quia ex legibus Regni nostri , officiales ministerij tenentur residere , & de persona seruire , vt dictum est supra *num. 3.* Ergò , dum arripiunt fugam & se absentat : priuari possunt : nam sola administratio est concessa in officijs , & industria personæ electa ; dictum est *d. num. 3.* Et soluitur argumentum ex *cap. 1. de milite vass. qui contumax est :* vbi ad perendum feudum , requiritur contumacia vnus anni . Id enim est , quia habet feudatarius vtile dominium , quod est firmius

mius simplici administratione officij: ad perdendum illud vile dominium, requiritur contumacia vnus anni; ad perdendam autem possessionem feudi, sufficit simplex contumacia, vt ibi dicitur.

Demum, quod dictum est in crimine legis Iuliz repetundarum, idem dicas in crimine legis Iuliz peculatus, & de residuis: vt testatur *Dom. Rouitus in fine d. decis. 64.*

Firmata igitur conclusione, tacite reuocationis mandati, implicite considerati in facultate nominandi hæredem, ex delictis commissis in officio à nominante: remanet aliqua difficultas in facultate nominandi absque qualitate hæreditaria: quia femora hac hæreditaria qualitate, nominatus habet officium ex inuestitura Regis, non ex persona nominantis: quia vt nudus exequitor interuenit, ff. de manumif. v. indic. l. pater ex prouincia, & dictum est supra num. 39. & 53. Sed ego habeo aliquam difficultatē in hoc, quia si datur in iure tacita reuocatio mandati, ex causa superueniente ante executionem mandati, & æquiperatur expressæ reuocationi, ff. de solution. l. si cum Cornelius; quam l. inducit ad hanc materiam Vinc. de Franch. vt dictum est paulò ante. Ergò, nominatus non potest dici inuestitus à Rege, dum mandatum nominandi erat reuocatum. Nec obstat d. l. fin. quia ibi non datur placitatio culpæ ad reuocandum dominium. At Rex, pænes quem est dominium officiorum, ex vi dicti dominij capit administrationem officij sui: & nominato opponenti inuestituram ex nominatione, replicabit Rex, inuestituram nullam ex reuocatione tacita mandati, orta ex delicto commissio; & sic culpa non placitatur principaliter ad acquirendum, vt in d. l. fin. sed venit incidenter per exceptionem. Et hanc solutionem dat *And. loco cit. num. 30. v. non obstat*: & sic omni nominationi poterit opponi. Cogitent acutioris ingenij viri: quia articulus hic non fuit decisus in illa decisione *Capycij*, vt ipse testatur in fine. Sed rat o hæc vrget in nominatione facta post delicta commissis in officio, ex quibus irrogatur pæna priuationis. Secus si facta sit nominatio ante delicta commissis: quia eo tempore erat bonus: & sic deficiat tacita reuocatio: vnde facta nominatione, acquisitum est ius nominato: quod ius ex superuenienti delicto tolli non potest absque culpa nominati.

Quæ autem sint culpæ dignæ priuatio-

ne officij, vel alia pæna extraordinaria? enumerantur infra num. 70. & supra in verbo, potestas consistit. magistr. ad iustit. num. 40.

55 Sed erit inuestigatio subtilis, si pater resignauerit officium in manu Regis seu domini, vt illud conferat filio suo, & Rex contulit: num filius obligetur creditoribus patris? pro solutione, reassumenda est conclusio: officia hæc resignari non posse, nisi in manu domini à quo tenentur, instar beneficiorum Ecclesiasticorum: cum ex eorum natura non detur commercium in illis; allegatur communiter *tex. in l. legatus. ff. de offic. Pres. Rebuff. in praxi benef. tit. de resignat. expres. pura & condit. in fine Dom. de Pont. in dec. 28. num. 7. & 17.* dicit, hanc resignationem in manu domini esse de natura officij, innata ab origine concessionis ipsius: & proinde renunciatione secuta, omnia onera medio tempore contracta resolui, etiam quòd secundario consideretur fraus respectu eorum qui medio tempore contraxerunt, dum resignans fecit actum licitum resignationis à lege sibi permittæ: quo casu non dicitur dolo facere, cum iure suo vtatur, ff. de reg. iur. l. nullus. Secus si ex noua conventionem vel nouo contractu cedat officium domino: citat sub num. 8. ad conclusionem firmandam, doctores loquentes in feudis: in quibus adhuc magna est controuersia, num refutari possit feudum domino inuito, & sic sit de natura feudi? dum communis distinctio est, feuda recta, scilicet concessa non specificato & determinato seruitio, refutari posse, ex *tex. in cap. 1. sup. de vas. qui con. consistit. Lotb. Reg. feu. alien. quem tex. in huiusmodi feudo intelligendum esse, communis Schola Doctorum existimat, prout Zasius testatur in tract. de feu. par. 10. num. 85. & par. 12. num. 13.* licet ipse dissentiat. Feudum vero conditionatum, scilicet datum ad certum determinatum seruitium, puta ad portandum literas, associandam vxorem domini diebus festiuis, & huiusmodi, refutari non potest inuito domino, *glos. in cap. fin. de capit. qui cur. vend. & ibi Andr. Bal. Iacob. de Bellou. Aluar. & cateri, Bar. in l. 15. cum quo, ff. de aqua plu. arc.* Ratio est, quia dum expressum est seruitium certum, ad quod obligauit se vassallus per infeudationem, effectum est necessitatis in beneficium stipulantis, *Cod. de act. & oblig. l. sicut.* Quam rationem subtiliter impugnat *Zasius*

fius locis citatis, quia in feudo recto, in quo seruitium non est expressum, adhuc concurrens obligatio vtriusque, domini & vassalli: domini, vt non reuocet feudum ad sui libitum sine culpa, *cap. 1. de feu. sine culpa non amitt.* Vassalli, vt præstet seruitium fidelitatis, consistens in illis sex expressis in *tit. de for. fidelit. cap. 1.* Et quòd obligatio æqualiter consideretur respectu vtriusque feudi, affero ego *tex. in cap. 1. §. fin. sup. in qui. cau. feu. amitt. ibi. ad hoc vt ille & sui hæredes fideliter domino seruiant, siue seruitium illud nominatim quale esse debeat, sit expressum: siue indeterminatè sit promissum.* Si igitur obligatio æqualiter consideratur tam in feudo recto, quàm conditionato: ergo, æqualis debet dari decisio in vtroque, vt feudatarius vel admittatur ad refutandum inuito domino, vel repellatur. Replicant sectantes communem opinionem: quòd vbi feudum indeterminatè datur non expresso & determinato seruitio, dicitur feudum liberè datum respectu seruitij: quia tenetur tantum ad fidelitatem, quæ importat illa sex, vtile, facile, possibile, &c. *sup. form. fidel. cap. 1.* Seruitium non debet tunc, & ideo potest refutare sicut placet acceptori: quia sui gratia tantum est datum feudum. Hoc argumentum refellitur ex *eod. §. fin. sup. in quib. cau. feud. amitt. ibi. ad hoc vt ipse & sui hæredes fideliter domino seruiant, siue &c.* Et sic tam in feudo recto, quàm conditionato considerat seruitium: ideo falsa est conclusio, feudum rectum dici liberè datum quoad seruitium, & sic gratia accipientis tantum. Nam in fidelitate præter illa sex, tenetur feudatarius ad auxilium & consilium, *sup. de form. fidel. cap. 1.* Quòd si intelligunt de seruitio militari, vt ad id non teneatur in feudatus simpliciter; non est vera conclusio: vt latè deduxi in *Imperialem, §. firmiter, num. 5. 6. & seq. de prob. feu. alie. ex tex. in cap. 1. de mil. vass. qui arm. bell. depof.* Specificatio & determinatio seruitij, & e contra non specificatio & indeterminatio, operantur plus & minus circa seruitium, non autem excludunt seruitium: probatur, nam de iure communi, non specificato & determinato seruitio, & sic pro feudo recto tenetur seruire adiuuando dominum iuxta valorem feudi, *sup. de nou. form. fidel. cap. 1. ibi, & contra eum prout potero auxilium meum tibi præstabo.* In Regno nostro est specificatum & determinatum seruitium, vt pro feudo 20. vn-

ciarum reditus, seruiat de persona sua cum tribus equis, tribus mensibus in anno suis sumptibus: ergo, si in vtroque consideratur seruitium, licet plus, vel minus: non potest dici feudum rectum gratia recipientis tantum datum: nam eò ipso quòd dat in feudum, implicite dicit vt seruias: quia feudum seruitus est, *Bal. in l. si uxorem, in fin. C. de cond. infer. & in cap. inter filiam, sup. si de feud. defun. milit. cont.* Nec similiter est vera conclusio, feudum ligium refutari non posse domino inuito: & sic *tex. in §. fin. de vass. qui con. const. Lotbar. Reg. feu. ali.* non præscribere sibi vim in feudo ligio. Nam dum feudales leges cognouerunt hoc feudum ligium, vt in *cap. 1. de nou. for. fidel. ibi, est & alia forma: & ibi, contra omnem hominem, &c.* cognouerunt quoque feudum rectum, & feudum conditionatum, & genericè statuerunt in *d. §. fin.* posse feudatarium refutare feudum domino inuito: sic genericè sumenda est conclusio, & non distinguenda lex, quæ non distinxit, *ff. de lega. præst. l. 1. §. generaliter.* dum non producit alia lex feudalis contraria *d. §. fin.* Sed de hac quæstione est ad satisfactionem legendus *Regens Lanarius in cap. 1. num. 29. cum seq. de vass. decrep. atab.* Nam ego existimo, dispositionem hanc feudalem super libertate refutandi feudum, satis politicam esse, conseruans scilicet Regale dominum in personis subditorum: cum enim feudales consuetudines in *§. noui verò, sup. per quos fiat inuest.* concesserint vnicuique facultatem infeudandi bona sua allodialia, & sic acquirendi personas sibi obnoxias ad seruitia personalia perpetua: est enim fidelitatis seruitium personale, quo feudatarij persona adstringitur seruire domino fideliter, *sup. in quib. casus. feud. amitt. §. fin. ibi, ad hoc vt ipse & sui hæredes fideliter domino seruiant: & ego latè deduxi in mea repetitione l. Imperialem, §. firmiter, num. 27. de probib. feud. alien. per Frid.* Si feudales hæ consuetudines non dedissent feudatarijs libertatem refutandi, & sic exhimendi se ab illa obligatione seruiendi, fuisset obligatio illa absoluta & perpetua, dum ex contractu oriebatur, *C. de ob. & oblig. l. sicut;* contractu scilicet inuestituræ: Idque satis præiudiciale Regibus, qui sunt domini personarum subditorum suorum; vt in *Constit. Regni nostri, Quia frequenter: Quia constitutione prohibitum est subditis, obligare personas eorum ad perpetua seruitia personalia alteri, etiam ratio-*

ratione feudi. Ibiq̄ *Afflic.* in principio probat, prohibitionem hanc esse etiam de iure communi. Huic absurdo succurritur ex libertate refutandi data feudatarijs, etiam inuito domino feudi, *d. s. fin. sup. de vass. qui con. Constit. Loth. Reg. feud. alien.* dum ex ea libertate non dicitur adstrictus perpetuò seruire alteri. & fit salua Regia potestas in subditis suis, dum subditus requisitus à Rege ad seruitia personalia, si publica necessitās id requirat, refutando feudum domino, seruiet Regi. Quæ ratio refutandi vrget in omni feudo, siue recto, siue conditionato: & ideo expositio communis doctorum ad *d. s. fin.* vt non præscribat sibi vim in feudo conditionato, non est tuta. Quidquid tamen sit in puncto iuris, in Regno nostro fuit vsu recepta hæc communis opinio *glo. And.* & aliorum, vt testatur *Io: Vinc. Anna in rub. de vass. decrep. stat. num. 147.* & ratio est, quia feuda omnia in hoc Regno sunt ligia, *Reg. de Pont. in dec. 19. num. 7.* ex parlamento & iuramento factò per Barones Regni tempore Regis Alphonsi primi, deduxit, vt in libro capitulorum & priuilegiorum huius Ciuitatis fol. 6. & 7. est videre. refutatio autem in feudo ligio vim sibi non præscribit, *ex Bal. & Mart. Laud. docuit Iacob de Franch. in preclud. feud. num. 145* & sub hac ratione Camillus Pardus, qui refutauerat feudum inuito Regi, fuit reputatus rebellis, vt testatur *Io: Vinc. Ann. loco citato.* Quæ conclusio paulò ante reprobata fuit. & opinionem Zalsij sequitur *Laur. Siluanus in tract. de feud. quest. 26.*

Sed in specie de qua agimus, nostrum est inquirere: num refutatio, & resignatio sint de natura feudi, vel officij? quia si sunt de natura, resoluuntur omnia onera medio tempore contracta: aliàs non.

56 Sed antequam resoluamus difficultatem hanc, resoluenda est alia quæstio huic oroxima, & utilis. Num hipoteca constituta super feudo cum assensu domini, resoluatur aperto feudo ob culpam, vel lineam finitam feudatarij? *And. in tit. de inuest. de re alie. fac. num. 5.* refert duas opiniones: prima est, quòd resoluatur: nam assentijt obligationi, vt valeat pignus, sine quo assensu non valeret, vt in *l. Imperialem.* Non autem assentijt, vt præiudicet iuri suo deuolutionis futuræ, non enim fuit cognitum hoc à domino, dum adhuc non obuenerat: & ideo assentiendo non remisit hoc. *ff. de transact.*

l. qui cum tutoribus. s. fin. Refert deinde secundam opinionem his verbis, *Alij putant verius dici, quòd valeat perpetuò: quia videtur consentire pro acceptore & suis heredibus, sicut dictum est in alienatione.* vndè cum vtriusque opinionis argumenta resoluta non sint ab *And.* dubium est, quam opinionem secutus sit. Existimant aliqui, approbasse *And.* hanc secundam opinionem; quia illam veriorem appellat, ibi, *verius dici.* Sed errant, quia *And.* refert, alios putare verius dici, non autem ipse affirmat, verius esse: & obseruato stilo *And.* in referendis opinionibus cum aliquam approbat, vtitur verbo præsentis temporis, dicens, *Alij dicunt, & est verius, vt in tit. de benef. fam. cap. 1. col. 1. & in tit. de consuet. rec. feu. num. 13.* *Alij dicunt, & paulò post dicit, hæc videtur Veritas, & in tit. de pace tenen. nu. 19.* *Alij verius dicunt, & in tit. qui. mo. fed. con. po. num. 3. dicit, Alij dicunt, & paulò post. & hoc videtur verius, & in tit. qui. succes. ten. num. 5. Alij videtur, & meliùs, & in tit. si de inuest. int. dom. & r. as. col. pen. Alij dicunt, & hoc mihi placet.* & vbi *And.* approbat opinionem aliquam, soluit argumenta contraria, vt fecit in *tit. quæ sit prima causa benef. amitt. ante num. 28.* *Alij dicunt indistincte & meliùs, sicut videtur.* At quia illis obstabat quædam ratio, vt retulit *num. 39. vers. Hic multum videtur obviare, ipse soluit in seq. col. vers. sed non obstat.* Fuit igitur *Andr.* dubius in hac quæstione in *tit. de inuest. de re alien. fac.* quia argumenta vtriusque opinionis insoluta reliquit: sed in *pen. col.* eiusdem tituli, loquens in emphiteusi, tenet primam opinionem, quòd resoluatur hipoteca, ibi, *item si pacto reuertantur ad dominium ista res, desinunt obligationes.* Sed *Loffred.* in *conij. 33. ante num. 4.* existimauit, *Andr.* in *d. tit. de inuest. de re alien. fac. in s. quid ergo, vers. quid si vassallus,* fuisse opinionis, dominum non teneri creditoribus prætendentibus ius personale, aut reale, feudo sibi aperto. pondera verbum illud, aut reale, & colliges, *Loffred.* etiam fuisse huius nostræ opinionis: nam ius reale in feudo constitui & tomari non potest sine Regio assensu. *Bald.* quoque in *cap. 1. s. rursus, quib. mod. feud. amitt.* est eiusdem opinionis. Et eandem opinionem sequitur *Cacher.* in *decis Pedamon. 156.* loquens in feudo, & emphiteusi: licet *Dam. de Franch.* in *decis 213. num. 33.* citet *Cacheranum* pro contraria opinione. Sed *Mar.*

Mar. Frit. lib. 2. de subfeud. in 29. author. Baron. num. 8. pro opinione negativa, quod non resoluatur hipoteca, sed teneatur dominus satisfacere creditoribus, allegat *And.* tribus in locis, primo *in constit. Regni, si quis post litem*: Sed *And.* ibi non discutit in individuo, sed discutit, quando dominus teneatur præstare assensum alienationi perpetuæ? & *in vers. In alijs debitis*, dat rationem, cur non teneatur assentire alienationi perpetuæ pro debitis feudatarij, contractis non occasione feudi, vel ipsius domini; dicens, quia nunquam feudum aperiretur domino: dicas tu, quia tunc dato assensu emptori, feudum non aperiretur ex culpa venditoris, ut scripsi in mea repetitione *l. Imperialem, nu. 38. de prob. feud. alien. per Frid.* Sed eo casu, quo aperitur, num teneatur soluere debita contracta cum legitima hipoteca super feudo? non discutit. Allegat secundò *And. in cap. 1. §. & si clientulus, de alien. feu.* ubi discutit, num ius emptoris cum assensu domini, resoluatur ex culpa venditoris? sed in hipoteca non loquitur, tertio allegat *And. in constit. constitutionem diuæ memoriæ*, Sed non potui inuenire, quarto, utitur doctrina *And. in cap. 1. col. 6. qui succes. tenean.* scilicet quod assensus hominis in omnem casum operatur, durat perpetuò pro acceptore & hæredibus suis: non sic in assensu legis, qui etsi à pari procedant quoad validandam alienationem, est tamen debilior assensus legis; durat enim quantum durat ius alienantis, & procedit regula resolutio iure datoris resoluti ius acceptoris, *§. rursus, sup. qui mo. feu. amitt. ff. de pignor. l. lex vobis galy*: dat rationem *And. in cap. 1. sub num. 11. supra qui succes. tenea.* quia lex dans assensum super validitate contractus feudatarij, de alieno concedit, id est, dat ius directi domini; nam assentire est ius dominicale, & ideo strictè interpretandus est assensus legis, ut validet contractum tantum, qui ea repugnante non valeret: & sic ut minus noceat domino, id est, ut duret quantum durat ius venditoris, eo resolutio resoluatur. Et hoc modo lex non tangit ius domini, nam viuente venditore eiusque hæredibus in fidelitate absque culpa, non aperiretur feudum domino: remittit lex per assensum suum, ius prohibitium eiusdem legis, & sic dat suum, non domini. Assensus autem domini operatur perpetuò pro emptore & descendantibus ipsius, nec resoluitur ius emptoris resolutio iure da-

toris, quia dominus per assensum disponit super re sua, non super re aliena; pro-
ut *Camer. in d. Imperialem, fol. 7. col. 4. & fol. 60. col. 3. & fol. 61. col. 2.* docet, ac plenè *Cumia doctor Siculus, in repetitione cap. si Aliquem, in verbo, Antiquis, num. 244. & 247.* Nec quidquam prodest clausula, *iuribus Curia semper saluis*: nil enim operatur reseruatio super eo, super quo est principaliter dispositum per assensum concessionem: Sed refertur super alio: ut *Marin Frit. loco citato docet ex Blasco Lancea super cap. Regni Sicilia, volentes, plenè Liparul. ad And. in tit. qui succ. tenean. sub num. 9. in verbo, concessit*: Dominus autem per assensum concessit, ut emptor eiusque descendentes perpetuò habeant feudum, illosque elegit in fideles dimisso venditore, ut scripsi *in d. l. Imperialem, num. 38.* ergo ius ipsorum non debet pendere ex persona venditoris: quidquid aliter sentiant, aliqui relati per *Cumiam loco citato*. Et est aduertendum hic, quod dum *Dom. de Ponte in tit. de his qui feu. dar. poss. l. electione 6. num. 21. 22. & 23.* existimat, assensum Proregis habere vim assensus legis, non hominis: quia Prorex assentit super re aliena, non sua, ex his quæ dicta sunt *in d. l. Imperialem, num. 37. præsertim ex And. supra qui succes. tenean. num. 11. ibi, quia lex de alieno concedit*: ac etiam quia assentit ut Vicarius ex potestate sibi data à lege, lex autem assentit, ut resolutio iure datoris, resoluatur ius acceptoris, *d. §. rursus, & dictum est ibidem*: ergo, eiusdem iuris erit assensus Proregis, ex regula, *nemo plus iuris, ff. de reg. iuris*. Hæc conclusio etsi vera sit in Proregibus constitutis simpliciter, quorum potestas declaratur à lege: In Regno tamen nostro non est veta, ex *pragmatica Caroli. V. in tit. de feudis, incipit, Recognoscimus*, ubi exceptis quibusdam casibus, in quibus interdicitur Proregibus concedere assensum, dicit, *concedimus, ut nostris vice & nomine possint, ac valeant quibuscunque alienationibus, venditionibus, & obligationibus super bonis feudalibus faciendis consentire, & assensum nostrum Regium præstare*. ex quibus vltimis verbis colligitur conclusio: in casibus permissis, Proregis assensum esse Regis, seu Regem nostrum dare assensum mediante organo & persona Proregis, & sic habere vim assensus hominis, non legis: & proinde esse perpetuum pro acceptore eiusque descendantibus, nec resoluti ex iure datoris resoluti: sed resoluti ex

ui ex

ui ex culpis, vel linea finita acceptoris : eum per assensum in contractibus dominij translatus dominus elegerit sibi emptorem in fidelem & feudatarium, dimissa persona venditoris, vt dictum est in *d. l. Imperialem, sub nu. 27.* Superest, vt expendamus hoc argumentum respectu hypothecæ, de qua etiam loquitur *d. Regia Pragmatica* ibi, & *obligationibus* : nam si verum est, assensum domini esse perpetuum pro acceptore & descendētibus illius, nec resoluti ex iure datoris resoluti : ergo, hypotheca creditorum eum assensu domini super feudis, non resoluitur resoluti iure datoris. id est, feudatarij qui illam dedit. Solutio est, disparē esse causam hypothecæ à contractibus dominij translatis : nam in contractibus dominij translatis cum dominus per assensum concessum dicatur inuestisse acceptorem, illumque sibi elegisse in fidelem dimissa persona venditoris, & sic facta commutatio personæ vassalli, vt dictum est in *d. l. Imperialem. num. 37. & 38.* & probant verba constitutionis *constitutionem diuæ memoria*, in verbo, *commutandis* : quæ verba exponens *And in tit de capi. Conra. nu. 7.* dicit, *tam rei, quam personæ* : nimirum, si ius acceptoris non resoluatur seu dependat ex iure datoris seu venditoris; quia non ille, sed ipse est feudatarius : nec ille tenetur ad fidelitatem, sed ipse acceptor : & ideo resolutio iuris acceptoris pendere debet ex fidelitate sua & linea. At in hypotheca, seruitutibus, & huiusmodi est secus, cum non ipse creditor per assensum domini super hypotheca sit electus feudatarius & inuestitus, nec facta commutatio personæ : Sed tantum submissum feudum pro securitate sui crediti, vel seruitute constituta : vnde fidelitas & linea feudatarij debitoris, qui dedit hypothecam, attendenda est in deuolutione & apertura feudi : non autem creditoris qui accepit hypothecam : & sic disparitas est, quia in contractibus dominij translatis dator non remanet feudatarius post assensum domini : merito resolutio iuris acceptoris non pendet à datore. In hypotheca, seruitutibus, & huiusmodi, dator remanet feudatarius, acceptor creditor non fit feudatarius, sed habet ius in feudo, cuius resolutio & aperitio pendet ex persona debitoris feudatarij qui dedit hypothecā cum assensu domini : hæc autem resolutio & aperitio est de natura feudi, oritur enim ex ipsa radice contractus feudalī, & primo consensu

partium, scilicet domini infeudantis, & primi acquirentis, teste *Bal. in precludijs feud. num. 26.* dum dominus dat tibi & descendētibus ex tuo corpore, sic enim declaratum est à lege feudali, etiam quod dixisset tibi & hæredibus, *S. et si clientulus, supra de alie. feu. & sic natura feudi nō admittit extraneos hæredes, dixit Bal. loco citato, num. 25.* nec ascendentes acquirentis, *cap. 1. de nat. succes. feud. nec fratres, cap. 1. de duo. frat. à cap. inues.* Item dominus dedit tibi & descendētibus ex tuo corpore in feudum, & sic ad fidelitatem vt tu & descendentes tui fideliter domino seruiatis, *supra in quib. cau. feu. amitt. S. fin.* ex cuius *tex.* verbis colligitur, hæc stare in feudo in modum conditionis resolutiue, ibi, *quod ex beneuolentia ita datur alicui : & ibi, ususfructus verò illius ita ad accipientem eiusque hæredes transeat, ad hoc vt ille & hæredes sui fideliter domino seruiant.* Et quod stent in modum conditionis resolutiue, ex *And. in S. praterea, sup. qui. mo. feu. amitt. in S. Sed nec est alia iustior, num. 36. in fine. sup. que sit r. causa benef. amitt. docet Camill. de Curte in suo diuersorio fol. 61. num. 61.* Si igitur dominus ex natura feudi & sic ex radice contractus feudalī seu ex consensu ipsarum partium implicite in infeudatione comprehenso, habet excadentiam seu aperitionem feudi ad se, deficiente linea feudatarij, vel culpis feudatilibus, si infideles fuerint : & hoc ius non esse remissum per assensum domini datum hypothecæ, demonstrabo : ergo, cum casus aperitionis obuenerit, quia resolutio contractus feudalī & sic feudum aperitur domino ex prædicta causa antecedenti & necessaria, scilicet inuestitura facta sub conditione resolutiua : omnes hypothecæ & onera medio tempore contractæ, resoluuntur, *l. si ex duobus, S. Sed & Marcellus, ff. de in diem addic. Bar. in l. in diem, ff. de aqua plu. arc. damnatz memoriæ glos. Paris. in S. 41. in 4. q. num. 21.* Et quod dominus per assensum datum hypothecæ, non remiserit hoc ius aperitionis, docet *And. in d. l. Imperialem, num. 16.* quia non erat cognitum hoc à domino, dum causa aperitionis adhuc non obuenerat : Immo & si tempore assensus dati esset apertum feudum domino ; si simpliciter assentit, non remittit dominus hoc ius, dicit *And. loco citato* : quia regularis natura assensus est remouere obstaculum iuris feudalī prohibentis contrahi super feudis sine domini assensu,

fensu, vt d. l. Imperialem, & ibi And. num. 11. & sup. de probib. feud. alien. per. Loth. hoc petitur, & hoc concedit dominus, vt feudatarius det suum; non autem vt dominus det suum ius, quia hoc est præter regularem naturam assensus, & ideo qualitas alterans exprimenda est, *S. profecto*, sup. de lege Contra. Hinc Camer. in d. l. Imperialem, fol. 44. col. 1. in principio dicit, dominum per assensum non remittere ius suum, siue quæsitum ante, vel superueniens post ex alia causa; & nos plenius disseruimus in eadem l. Imperialem, num. 37. & 38. & hanc opinionem, quòd aperto feudo ob culpam, vel lineam finitam, resoluantur hipoteca creditorum, oneraque contracta cum assensu domini, vt seruitutes, existimauit Dom. de Franch. in decis. 64 num. 14. art. tamen non discusso: Sed Afflic. in cap. 1. num. 31. sup. qui succed. tenean. el 1. eandem opinionem sequitur, cum limitatione num. 40. Bald. Loffred. & Caccheran. locis citatis, And. quoque sequitur eandem opinionem in *S. donare*, sup. qualit. olim pot. feud. alien. num. 5. ibi. vt tunc in dote sit hoc, quia alia alienationes non præiudicarent. & aduertatur quòd Mar. Frit loco citato allegat pro eadem opinione, Io: Raynal. in *S. habito*, huius l. num. 33. qui loquitur in seruitute constituta à vassallo absque assensu domini: nimirum si resolutio iure datoris, resoluatur ius acceptoris: & sic termini non sunt pares: cum per assensum domini dicatur quæsitum ius acceptori & descendentibus perpetuò, etiam contra dominum, ex dictis in d. l. Imperialem, num. 37. Sed non obstat, cum id procedere in contractibus dominij translatiuis, ibidem deductum sit: secus in hipoteca, seruitute, & huiusmodi: & rationem disparitatis ibidem retulimus. Sequimur igitur opinionem D. de Franch. Afflic. Bald. Loffred. & Caccheran. contra Marin. Frit Cuius consideratio, scilicet per assensum domini esse remissum ius apertionis illi competens, quia potuit ab initio considerare, feudum posse deuolui: non obstat, est enim reprobata hæc doctrina ab Andr. in eadem l. Imperialem, num. 16 etiam si tempore assensus esset apertum feudum domino: quod est fortius, ratione de qua ibidem. Argumentum eorum qui tenebant, non resolui hipotecam, relatum per Andr. in tit. de inuest. de re alien. facti num. 5. vers. Aly putant: dum æquiparabant assensum prælitum contractibus dominij transla-

tiuis, assensui hipotecæ, & seruitutis; vt æqualiter operentur in beneficium acceptoris & descendentium ab eis: est pariter resolutum supra, & data ratio disparitatis. Ideo remanet firmata opinio, quòd resoluatur hipoteca, cum declaratione tamen, *Afflic. loco citato*, num. 40. Et cum alia declaratione data per Andr. in *S. donare*, num. 5. & 6. qual. olim pot. feud. alien. scilicet quando pater dedisset feudum in dotem, siue extimatum, siue inextimatum, pro certa quantitate: tunc licet datio feudi in dotem, sit nulla ex defectu assensus: tamen in Regno Siciliae concessit Fridericus in Regitris, vt si dotans non sit soluendo, & sic aliud non habebat, quàm feudum: dimitteretur feudum apud accipientem, nomine pignoris: restituendum per eum, quando habebit pecuniam: Idque præscribet sibi vim, etiam si feudum rediret ad dominum ex natura sui. Et fuit magna æquitas Friderici, qui fuit rigidus conseruator iuris sui, dicit And. Hinc collige, quòd si gratia hæc concessa fuit Regno Siciliae: ergo secus de iure communi. Limitat hanc opinionem Dom. de Franch. loco citato, quando feudatarius refutaret feudum domino: quia tunc non fit resolutio contractus feudalis ex causa necessaria & antecedenti, prout requirit Iurisconsultus in d. *S. Marcellus*, sed fit ex voluntate feudatarij refutantis in præiudicium creditorum: quo casu, actus hic voluntarius non debet obesse tertio, *Tiraquel. de retract. lignag. § 1. glos. 14. num. 112.* Sed etli opinio hæc sit æqua. & aliàs mihi placuisset: in puncto tamen iuris defendi non potest, quia ex lege inuestituræ & natura feudi aperitur tunc feudum domino, *Bald. in d. S. rursus*, quib. mod. feud. amitt. vassallus enim potest refutare feudum domino et à inuito, *supra de vass. qui con. consl. Loth. cap. 1.* qua de causa, esse de natura feudi, deduximus supra num. 55. Et quòd refutatio sit de natura feudi, existimauit Dom. de Ponte in tit. supra, si vass. seu priue. cui defera. in 1. lectione, nu. 8. & 9. Si igitur refutatio fieri potest etià inuito domino, ergo est de natura feudi, argumento supra de nat. feud. cap. 1. & per consequens resolutio contractus feudalis, secuta refutatione, fit ex causa necessaria ex parte domini, & ex tunc resoluitur ab initio contractus, sicut in pacto additionis in diem, dicitur in d. *S. sed & Marcellus*, iuncta l. 2. ff. de in diem addit. quia inerat ex natura

natura feudi, ipsi inuestitura facta, vt refutari possit; merito dicitur in *S. rursus, supra quib. mod. feud. amit.* hipotecas medio tempore contractas resolui. Et licet ex hac refutatione oriatur praiudicium tertio, id euenit secundario: sat est, feudatarium vt iure suo, à lege sibi permissio, scilicet refutare: quo casu non dicitur dolo facere, ff. de regul. iur. leg. nullus: & proinde interesse seu praiudicium tertij non attenditur: quia dum id euenit ex actu licito, dicitur euenire secundario, quod lex non attendit, sed tantum attendit, ne principaliter fiat in fraudem, ex regula *l. si quis nec causam, ff. si cert. pet. & ibi Bar.* principaliter autem fieri in fraudem dicitur, quando fit actus à lege non permissus: & in puncto docet *Dom. de Pont. in decis. 28. n. 19.* At *Regens Lanarius in repet. S. sed etiam res, num. 58. & 59. per quos fiat inuest. sequens opinionem, Andr. ac communem, in cap. fin. num. 24. de capit. qui cur. vend.* scilicet feudum, pro quo promissum est certum & determinatum seruitium, vt est in Regno nostro, non posse refutari domino inuito, & sic non esse refutationem de natura feudi in Regno nostro: existimat ipse, refutationem à domino acceptatam praeferri in fraudem: quia est voluntaria ex parte vtriusque. Quo fit, vt dominus tunc teneatur soluere debita refutantis etiam sine assensu. Et opinio hæc in Regno nostro est magis tuta, cum recepta sit opinio prædicta communis: vt dictum est supra num. 55. Sed quod præsumatur tunc refutatio in fraudem, itaque deur actio reuocatoria in beneficium creditorum sine assensu: hoc habeo pro dubio ex *Dom. de Pont. decisio. 28. in fine*, dum ibi fuit admissa resignatio contradicentibus creditoribus. Item quia Rex vtitur iure suo. Sed pro opinione *Lanary* facit communis Doctorum conclusio, tunc ius acceptoris resolui, resolutio iure datoris: quando fit resolutio ex actu necessario, secus si fiat ex actu voluntario, directe ordinato ad rescissionem contractus: vt per *Cancerium libr. 3. variar. resolut. cap. 1. de act. & obligat. num. 131.* sed refutatio voluntarie facta, directe ordinatur ad rescissionem in feudationis: quia non habet aliam causam: ergo, præsumitur in fraudem facta.

58 Limita secundò principalem conclusionem, vbi feudatarius institueret hæ-

redem dominum, vel donaret, vel alio titulo feudum deueniret ad dominum, quam ex natura feudi: tunc non resoluitur hipoteca cum assensu domini: ratio est, quia non fit resolutio contractus feudalis, & perconsequens non acquiritur feudum domino ex causa antecedenti hipotecam, & necessaria: sed acquiritur ex nouo titulo post hipotecam, merito hipoteca legitime constituta super feudo, transit cum ipso feudo, *l. distractis, cum leg. seq. Codic. de pignor.* & sic non acquirit dominus vt dominus, sed vt tertius. Et licet *Marrin. Frit.* distinguat, an acquirat dominus titulo vniuersali, an particulari: sua distinctio procedit in debitis contractis absque assensu domini: tunc respectu actionis personalis, an teneatur dominus? bene procedit sua distinctio: cum in titulo vniuersali teneatur ex quasi contractu, *S. final. instit. de obligat. qua ex quasi contract. nasc.* In titulo particulari non, quia personalis actio non sequitur fundi possessorem, ff. de con. empt. l. final. *S. final.* Respectu verò hipotecæ, vel seruitutis, num resoluantur? attendi tantum debet, num resoluatur contractus feudalis, & aperiatur feudum domino ex causa antecedenti hipotecam, & necessaria, & sic ex natura feudi: an verò ex causa & titulo post hipotecam obuentis.

59 Nunc reuertamur ad quæst. num refutatio & resignatio sint de natura feudi, vel officij? In feudis ego dubito ob *tex. in cap. 1. de vas. qui con. constit. Loth. Reg. feud. alie.* generaliter disponentem, posse feudatarium refutare feudum domino inuito; quo casu resolui hipotecam medio tempore contractam, dicitur in *S. rursus, supra quib. mod. feud. amit.* Sed natura feudo præscribitur, vel à consuetudine seu lege feudali generaliter disponente in feudis: vel speciali pacto expresso in infeudatione, prout deduximus in *l. Imperialem, num. 230. de prohib. feud. alien. per Frid. ex Bal. Loffred. & alijs*: ergo, de natura feudi est refutatio. Dubitationis causam mihi præbet, quòd dominus & vassallus ad paria iudicantur, supra *de ser. fidel. capit. 1. in fine.* Sed dominus inuito vassallum non spoliat feudo, *capit. 1. de feud. sine culpa non amit.* Et hanc appellat naturam feudi, *tex. in capit. 1. de de natur. feud.* ergo, pariter non dimittet vassallus feudum

feudum domino inuito ex natura feudi. Corroboratur ex illa conclusione, feudalem contractum esse ex vtraque parte obligatorium, dum dominus obligatur pati, vassallum vti frui re feudali, nec potest illum deuestire absque culpa: pariter obligatur vassallus seruire, *capit. 1. §. final. supr. in quib. caus. feud. amitt.* Si igitur ab initio infeudationis vterque obligatur ex natura rei, & obligatio est necessitatis vinculum, quod dissolui non potest absque voluntate contrahentis, *§. 1. Inst. de oblig. l. sicut, C. de act. & obligat.* Ergo vassallus non potest refutare inuito domino, qua refutatione dissoluitur illa obligatio seruiendi, contracta tempore infeudationis; prout sic senserunt *glos. in cap. qua. in Ecclesiarum, & ibi Cardin. extr. de cons. Specul. in tit. de feud. §. quoniam, vers. 28. cum alijs citatis supra.* Cumque rationes predictæ sint iuris communis, efficiunt, ut sit exorbitans dispositio, *d. cap. 1. de vass. qui cont. constit. Lotb. Reg. feud. alien.* Et proinde non trahenda extra feudalem materiam, iuxta distinctionem *Curt. de feud. part. 1. quæst. 3. num. 5.* Qua ratione attempta, ac etiam quod officij natura est indifferens, & proinde feudorum legibus exorbitantibus non regulatur, vbi infeudum non est cõcessum officium: prout supra *nu. 9* deduximus: existimo resignationem non esse de natura officij. Pro qua conclusione firmanda aduerto, quod natura vniuscuiusque rei dupliciter generatur, vel ex pacto contrahentium initio contractus celebrati, vel generaliter à lege aliquid tribuente contractui; de primo loquitur *Bal. in Prælujs feud. num. 46.* de secundo loquitur *text. in leg. vnica, §. libertatibus, & ibi Bal. C. de Caduc. toll. in l. si vnus §. pactus ne peteret, ff. de pactis,* prout latius dictum est in *leg. Imperialem, num. 216. & 230.* Sed in officijs nulla reperitur lex specificè id determinans, posse resignari inuito domino: ergo, vbi speciali pacto non fuerit sic conuentum tempore concessionis officij, non poterit dici esse de natura officij: Immo quod non possit resignari inuito domino, probat *text. in d. l. legatus, iuncta glos. ff. de offic. Præsid.* dicens, *Legatus Cesaris, vel alius officialis abdicando se, non amittit imperium.* *glos. exponens verbum, abdicare, dicit, idest, volens se ab Imperio separare, non potest; nisi faciat in manu Principis à quo habet;*

tunc enim posset, sicut & quando habet à populo, potest populo petente, vel volente. Hæc vltima verba, *petente, vel volente,* declarant conclusionem *glos. & probant nostram: scilicet resignationem officij fieri debere in manu eius, à quo habet, ipso domino acceptante;* vel petente: ergo, secus inuito; affert *glos. simile beneficiorum, quæ resignari non possunt, nisi in manu Prælati acceptantis, cap. 1. cap. nisi cum pridem, extra de renunciat.* Et est rationale, quia dum concessionarius acceptat officium, virtualiter obligatur ad exercitium illius, argumento *§. final. Inst. de obligat. qua qua ex quasi con. nas.* vbi acceptans hæreditatem sibi delatam, dicitur quasi contrahere, idest, virtualiter contrahere, & obligatur: obligatio autem est necessitatis, *leg. sicut, Cod. de act. & obligat.* ergo, absque consensu illius cui est quæsitæ obligatio, non abdicabit à se officium, ad cuius administrationem se obligauit: *glos. singularis in §. primo, in figuratiõne casus, inst. Canon. de renunciat.* Et hæc de causa renunciatio non admittitur, nisi certis causis legitimis, *dicto §. primo.* Cumque hoc sit generaliter dispositum in officijs, sicut & in beneficijs: sequitur, id esse de natura ipsorum. Si ergo, ex natura officij non potest concessionarius resignare officium in manu domini inuiti, nisi acceptet, vel petat dominus: ergo, resignatio non est de natura officij, argumento, *capit. 1. supr. de natur. feud.* vbi inuitum vassallum non spoliatur dominus, quia de natura feudi est: & per consequens ruit argumentum *Dom. de Ponte,* quod cum sit de natura innata ab origine creationis officij, secuta resignatione, ruunt omnia onera & obligationes medio tempore contractæ: quia fit resolutio ex causa necessaria, scilicet natura officij admittentis resignationem etiam inuito domino: quæ resignatio cum sit de natura, inerat officio ab initio concessionis ipsius: merito obligationes medio tempore contractæ ruunt; quia fit resolutio ex tunc, non ex nunc, ad *text. in leg. si ex duobus, §. sed & Marcellus, ff. de in diem addic. Ruit, dico, hoc argumentum; quia cum probatum sit, resignationem officij non esse de natura ipsius; dum dominus acceptat resignationem, fit resolutio contractus*

ex causa voluntaria domini acceptantis, & concessionarij resignantis, & perconsequens ex nunc seu ex nouo titulo, non ex tunc scilicet ex causa de præterito ante obligationes contractas, ex eodem. *S. sed & Marcellus, cum glos.* ac his quæ scribit *Tiraquell. de retract. lignag. §. 1. glos. 14. num. 112. & per Cancerrum lib. 3. var. resolut. cap. 1. de act. & oblig. num. 131. & lib. 1. var. resolut. cap. 13. de empt. & vend. num. 59. & seq.* & nos scripsimus in *l. Imperialem, sub num. 39.* Erit igitur solutio quæst propositæ, vt onera & obligationes contractæ cum assensu domini, non resoluantur, acceptata resignatione officij per dominum: siue resignatio sit pura, siue conditionalis in beneficium filij, cui dominus post resignationem concesserit; ratione de qua supra, quia deuoluitur officium ad dominum ex titulo de præterito, & voluntario post obligationes contractas: quo fit, vt hipoteca illa affixa officio, mediante assensu domini, transeat insimul cum officio in dominum, & perconsequens in eum cui dominus concesserit post resignationem, argumento *l. distractis, cum leg. sequent. Cod. de pignor.* Respectu verò creditorum qui contraxerunt sine assensu domini, & sic solam personalem actionem habent: procederet argumentum *Dom. de Ponte in decision. 28. num. 18.* vt dum dominus vsus est iure suo, à lege sibi permissio, scilicet acceptare resignationem officij sui, iuxta *glos. in d. leg. legatus, ff. de offic. Præsidi.* licet ex hac resignatione oriatur interesse tertio, attamen quia hoc non fit principaliter ad fraudandum, sed secundario id obuenit: non attendit lex hoc secundarium interesse, ad *text. in leg. si quis nec causam, ff. si cert. pet.* Et sic actio illa personalis non sequetur dominum possessorem officij, argum. *l. final. §. final. ff. de contrab. empt.* Sed attenda opinione *Regentis Lanarij in repet. §. sed etiam res, num. 59. & 60. per quos fiat inuest.* præsumenda est refutatio hæc in fraudem, quia est voluntaria e x parte vtriusque, cum non sit de natura officij: & proinde teneri dominum etiam ad debita refutantis sine assensu, existimauit ipse: & latius in *cap. 1. nu. 33. de vassal. decrep. at.* Et pro hac opinione confert communis Doct. conclusio: ius acceptoris resolui, resolutio iure datoris, quando resolutio fit ex actu voluntario, directe ordinato ad rescissionem contractus: vt

per *Cancerrum lib. 3. var. resolut. cap. 1. num. 131. de act. & oblig.* debet dominus ante acceptationem rimari causam resignationis, & vbi illam fraude suspectam videt, non acceptet, ad *text. in leg. pen. ff. de hered. inst. in leg. res, §. lites, ff. de Iure fisci, in leg. 2. Cod. ne fisci vel Respubl.* Et si *Dom. de Ponte in decision. 28 in fine,* testetur fuisse admissam resignationem officij, contradicentibus creditoribus, qui attenda opinione *Dom. Lanarij,* poterant contradicere: dum ipse existimat, esse in fraudem. Sed attenda opinione *glos. in d. leg. legatus,* potuit dominus acceptare: & sic de rigore iustitig non poterant contradicere: licet ex æquitate dominus id facere debuisset, iuxta præcitatas leges.

61 Limita conclusionem præcedentem in officio concesso tibi & liberis, vel posteris, vel familia: quo casu, nec resignatio subsisteret in præiudicium agnati, nec onera per ipsum contracta etiam cum assensu domini, ex *cap. 1. de alie. feu. pat. cum scriptis per And. sibi in §. etsi libellu, col. 3.* Sunt enim ea fundata in ratione communi, vt probauimus paulò ante in *vers. superest videre,* & proinde in materia indifferenti officiorum induci possunt leges feudales, *Curt. in tract. de feud. in 3. quæst. princip. num. 3. Vincent. de Franch. dec. 191. n. 5.* Quòd si officium concesso esset cum facultate nominandi successorem hæredem, vel vnum ex filijs: deinde contractis oneribus refutaret facultatem illam nominandi: & dominus nominaret successorem: hic nominatus à domino, non teneretur ad debita, cæteraque onera contracta etiam cū assensu domini: ratio, quia illa facultas nominandi quæ sita per Caium insimul cū officio, est in persona Cai vt quid facti, distincta ab officio: dictum est supra *num. 26.* Item non alterat naturam officij extinguibilem per mortem concessionarij; probatur, quia nominatione non facta per concessionarium, extinguitur, nec ad heredes transmittitur, dictum est supra in *artic. num. facultas nominandi sit transmissibilis ad heredes, ac etiam in versic. Ampliat conclusionem Ioan. Vincentius Anna.* Probatur secundò, quia ex hac facultate nominandi, nudum ministerium conceditur, dum ex organo nominantis dominus dat successorem in officio: ad *text. in l. pater ex prouincia, ff. de manum. vindic. & sic facultas nominandi nõ for-*

matius in successore : ergo, resignata facultate nominandi, extinguitur facultas, & remanet officium in sua natura extinguiibili per mortem concessionarij : qua, morte lectura aperitur officium domino ex causa necessaria, & sua primeua natura insita tempore concessionis : merito resolventur obligationes medio tempore contractæ cum assensu domini : prout latius ex *l. si ex duobus, §. & Marcellus, ff. de in diem addict. deductum est supra num. 56. & 57.* Nec dominus per assentum remisit hoc ius aperitionis sibi competens ex natura rei, vt ibi dictum est. Nec refutatio facultatis nominandi facta, obesse potest, dum illa est nudum ministerium, quo dominus erat vsurus in eligendo futuro administratore officij, & sic abdicat à se illud onus, non ius formatum in officio : & licet nominando hæredem in officio, potuisset acquirere creditoribus, dum nominatus hæres conueniri posset à creditoribus & legarijs, *§. final. Inst. de obligat. qua ex quasi cont. nasc.* Attamen potest nocere suis creditoribus, non acquirendo, *ff. qua in fraud. cred. l. qui autem* : quod fieri potest dupliciter, vel non nominando, vel refutando hoc ius nominandi, cum ad idem tendat; idque obseruatum fuisse, in resignatione Ioan. Aloysij de Sangro, creditoribus reclamantibus, docet *Dom. de Ponte in d. decis. 28 in fine.*

62 Hæc benè procedunt in resignatione pura, domino facta. At vbi resignat domino, vt illud conferat Caio : tunc videtur distinguendum, sicut distinguitur per *Andr. in tit. de vas. decrep. etat.* Vt si inuestiat Caium simpliciter; erit in persona concessionarij sub natura feudi antiqui : quia huiusmodi refutatio est potius tollere se de medio, vt succedat qui successurus erat, quam in totum se excludere : & sic non resolventur hipotecæ legitimè contractæ, dum non fit resolutio contractus feudalis; *Dom. de Ponte in decis. 28. num. 17. & sequen.* dicit, huiusmodi resignationem conditionatam iudicandam esse, ac si purè esset facta in manu domini : quia cum titulus horum officiorum haberi non possit, nisi à Rege, & commercium contrahendi est prohibitum in eis : praxis rerum magistra approbavit hunc modum contrahendi : vt facta resignatione in manu domini in beneficium Cai, secuta deinde concessione à domino, Caius habet officium à domino, non à resignante, &

perconsequens fit resolutio hipotecarum & onerum. Nam videmus in feudis, dicit ipse, vt si refutat omnino, vt inuestiat Caium tamquam de nouo : erit feudum nouum penès concessionarium, & sic resoluentur hipotecæ. Sed hæc ratio non est vera in casu applicato; quia distinctio prædicta, num refutatio fiat, vt inuestiat tamquam de nouo feudo; vel fiat simpliciter, vt inuestiat Caium : fit, dico, distinctio hæc ab *Andr.* ad excludendum refutantem à successione eius qui fuit inuestitus ex refutatione, nam in primo casu excluditur, in secundo non excluditur, vt in *c. primo, de eo qui finem fec. agnato.* At respectu creditoris habentis hipotecam cum assensu domini, *Andr.* nil dicit, & est casus diuersus : agitur enim de præiudicio tertij, num ex refutatione facta vt inuestiat tamquam de nouo, resoluantur hipotecæ creditorum : sibi potuit præiudicare, refutando vt inuestiat tamquam de nouo. Attamen si casus accideret, distinguendum esset, vt refutatione facta ad inuestiendum Caium simpliciter; secuta inuestitura, non resoluantur hipotecæ : quia non resoluitur concessio feudalis, dum sub eadem natura feudi antiqui existit penès inuestitum. At refutatione facta vt inuestiat tamquam de nouo : recurrendum esset ad ea quæ dicta sunt paulò ante, num refutatio sit de natura feudi, itaque quòd resoluator contractus ex causa necessaria, insita tempore concessionis, & sic ex tunc, non ex nunc ex titulo & causa voluntaria de præsentis : & in puncto iuris concludendum esset contra creditores hipotecarios in feudis ? ratione de qua supra, quia est de natura feudi refutatio, & proinde fit resolutio, *§. rursus, supra quib. mod. feud. amit.* Licet ex æquitate pro creditoribus iudicandum esset; quia refutatio hæc fit ex causa voluntaria; ex scriptis per *Tiraquel. de retract. lignag. §. 1. glos. 14. num. 112.* Sed in officijs, cum resignatio non sit de natura officij, vt probatum est *num. 59.* teneo pro indubitato, non resolui hipotecas legitimè contractas : quia cum non fit de natura, erit resignatio voluntaria & ex titulo de præsentis : non ex tunc & causa necessaria insita tempore concessionis; prout latius dictum est supra. Nec obstat praxis sic contrahendi, relata per *D. de Ponte* : nam praxis declarauit modum contrahendi, non effectus resultantes ex resignatione, & collatione.

Nec

Nec simile allatum de alijs introitibus Regiæ Curia, qui passim venduntur cum cessione iuris luendi ad finem resoluendi hipotecas, obstat: nam resolutio hæc oritur ex illo pacto de retrouendendo, quod Regia Curia sibi reseruauit tempore venditionis introituum: quod ius luendi cedit Rex Titio, & iure luendi cesso soluit Titius emptori, & resoluit contractum, subingrediens in eosdem annuos introitus. Hæc autem resolutio fit ex causa necessaria pacti scilicet de retrouendendo in isto contractui tempore celebrationis ipsius, quo pacto poterat cogi ad retrouendum: & sic applicantur eidem termini *rex. in l. si ex duobus, s. Sed & Marcellus ff. de in diem addic.* Scilicet quod fit ex causa necessaria in ista tempore celebrati contractus. At in nostra facti specie, resignatio est voluntaria, nec inerat officio tempore concessionis, quia non est de natura officij, vt probatum est: proinde resolutio fit ex nunc, non ex tunc: & procedunt omnia scripta per *Tiraquel. de retract. lignag. s. r. glos. 14. num. 112. cum precedentibus.* Hipotecæ igitur legitime contractæ transibunt in simul cum officio siue in dominum, siue in tertium: quia ex nouo titulo & voluntario redit res ad dominum, non ex natura rei. Quod si officium penes resignantem fuisset in sua recta natura extinguibili per mortem, non alterata pro hæredibus, vel cum facultate vendendi: tunc facta resignatione vt conferrat Titio, factaque collatione: licet hipotecæ legitime contractæ, putæ cum assensu domini, non resoluantur, vt probatum est: id intelligi debet, viuente resignante. At eo mortuo, quæ ius ipsius est resolutum per mortem ex natura rei, resoluuntur pariter hipotecæ: quia resolutio iure datoris, resolutur ius acceptoris *ff. de pign. l. lex veltigali.* habet tunc nominatus officium ex inuestitura Regis.

Insuper est hic aduertendum: quod vendito officio ad instantiam creditorum, & concurrentibus creditoribus super pretio: satisfit prius creditoribus cum hipoteca: nam pecunia peruenta ex officio est allodialis, sicuti pecunia peruenta ex feudo vendito, *And. in tex. nostro, in verbo, & plaustorum, in fine, ex tex. in cap. si vassallus de feudo, in vers. nec quod accepit transactionis nomine, feudum erit, tit. si de feud. defunt. contr. sit int. dom. & agn. Vinc. de Franch. decis. 75. & 64. Anna sing. 204.* Et proinde, vt res allodialis debitoris, incidit in hipotecam generalem omnium

bonorum statim atque in dominio debitoris facta est, *ff. de pignor. l. cum tabernam, s. fin.* creditoribus autem in actione personali, satisfit per concursum, pro rata vniuscuiusque distribuenda per *zs & libram*, etiam quod essent creditores contemplatione officij, puta ex causa fideiussionum captarum & stipularum per magistrum actorum, debitoribus & fideiussoribus deinde non repertis soluendo: quo casu, ipse actorum magister tenetur de proprio, ratione officij prædicti: Sic refert decisum, *Dom. Regens Rouitus in decis. 45.* Sed in fine illius decisionis testatur, ex creditoribus hipotecarijs concurrentibus nullum habuisse hipotecam super officio cum assensu Regis, sed habebant hipotecam ex causis indifferentibus, & ideo non fuit facta maturior discussio inter hipotecarios: nam vt ipse refert sub *num. 6.* aliqui ex dominis erant in opinione, officium ministerij, vt est actorum magistri, non esse de Regalibus, quia non habet iurisdictionem annexam: & proinde incidisse huiusmodi officium in hipotecam generalem, quia non requirebat assensum Regiæ. Et licet *Dom. author* non concurrisset in illam opinionem, vt ipse dicit *num. 6.* tamen non fuit discussus art. quia fuit habitum pro absoluto, pecuniam peruentam ex pretio officij venditi, esse allodiam. Sed hæc conclusio licet sit vera, actamen in venditione necessaria, facta per iudicem instantibus creditoribus: Sacrum Concilium Neapolitanum semper seruauit & seruat in praxi, preferre scilicet creditores habentes hipotecam cum assensu Regio super feudo, iuxta datam temporis cautelarum & assensus. Ea ratione, quia nisi his satisfaceret, habrent regressum contra emptorem feudi, auocando feudi possessionem: & ideo emptores semper apponunt clausulam in eorum oblationibus, quod satisfiat prius creditoribus habentibus assensum Regium, & Sacrum Concilium illas admittit, & sic executioni demandat, vt testatur *vinc. de Franchis in decis. 64. in princ. Anna in singulari 204. & ibi eius filius in addit.* Quo fit, vt concurrentibus creditoribus cum hipoteca super officio, ex vi Regij assensus obtenti: & creditoribus cum hipoteca ex causa indifferenti abque Regio assensu: esset discutendus articulus ibi tactus sub *num. 5. & 6.* scilicet num officia ministerij, carentia iurisdictione, sint de Regalibus, ita quod incidant sub dispositione constitut. *Scire volumus, vel nè: id est, num requiratur assensus*

sensus Regius in contractibus translatus dominij, & hipotecis ipsorum officiorum? & licet aliqui ex dominis existimarent, non esse de Regalibus: locuti sunt auctore iure communi *tex. nostri*, in quo numeratur inter Regalia, potestas constituendorum magistratuum ad iustitiam, & sic officium iurisdictionale: & *And.* ab eis citatus in *tex. nostro* ante *num. 67.* sic locutus est. Sed non aduerterunt Doctores nostri Regnicolæ, Regiam pragmaticam secundam, *tit. de officijs ad Regia Maiest. Collat. specul.* In qua referuntur Regiæ collationi, innumera officia ministerij, & signanter officia aëtorum magistri Magnæ Curie Vicariæ, sacri Regij Concilij, & Regiarum Audientiarum, ut ibi est videre: & sic effecta sunt de Regalibus ex noua reservatione Regis: constituuntur enim Regalia ex concessione populi, ex reservatione Regnantium, vel consuetudine seu præscriptione: ut plenè deductum est in *Prelud. quest. 3. & 4.* Igitur in Regno nostro hodie, officia hæc ministerij absque dubio numerantur inter Regalia, & per consequens uti Regalia comprehenduntur sub dispositione *constitut. Scire volumus*, ut non alienentur, nec obligentur sine Regis assensu: ut diximus *sup. num. 1. & 2.* & plenius *infra num. 79.* & in *preludij quest. 8.* Quo fit, ut concurrentibus creditoribus habentibus hipotecam cum assensu Regio, super pecunia peruenta ex officio vendito: sunt præferendi cæteris creditoribus carentibus assensu Regio super eorum hipotecis: quia hipoteca data, non fuit infixta & radicata super officio, *d. constitut. Scire volumus*, repugnante: & sic creditores hi, respectu officij iudicantur ut creditores in actione personali: & proinde concurrere non possunt cum creditoribus habentibus hipotecam cum Regio assensu super officio, *ff. de tribut. act. l. procuratoris, S. planè, & ff. de donat. int. vir. & vxor. l. quod autem, S. idemque, vers. eleganter tractabitur.* Quia hi non possunt auocare officium ab emptore, illi autem sic ex eorum hipotecis radicatis super officio, ex vi Regij assensus: & ideo iuxta præxim S. Concilij, habentes assensum Regium præferuntur. Fateor tamen, quòd facta solutione creditoribus habentibus assensum Regium super hipoteca officiorum: si supersuerit pecunia, quia illa allodialis est, & per consequens hipoteca generalis creditorum, radicitur in illa pecunia statim atque in bonis debitoris facta sit *ff. de pignor. l. cum tabernam, S. fin.*

facta est autem debitoris, cuius officium venditum est, statim atque emptor fecit depositum, & dedit apocam ad bancum pro soluenda pecunia pretij, venditori, & pro eo creditoribus suis: transferri enim dominium pecuniæ ex apoca bancaria tradita, multò magis pecunia descripta in libro banci in creditum eius, cui tradita fuit apoca, licet vinculata pecunia ad certas conditiones, scilicet pro soluendo creditoribus, vel certæ personæ: plenè probauit *Dom. Regens Rouitus in decis. 35. num. 8. & 9.* dumodo pecunia sit in banco explicita ad illum finem soluendi personis designatis in apoca: ut idem author docuit in *decis. 88. num. 6.* proinde, data hipoteca super pecunia, non possent creditores habentes personalem tantum actionem, concurrere cum illis; ut dictum est ex *d. S. planè, & d. S. Idemque.* Scio tamen, posse illis obijci, non fuisse hipotecam radicatam super pecunia, dum pecunia est in deposito in faciem emptoris qui fecit depositum; non debitoris, cuius officium venditum erat: ex his quæ dicta sunt *infra, in verbo Argentaria, num. 29.* Sed hæc remittuntur iudicio acutioris ingenij.

Inter creditores autem in actione personali, concurrentes super pecunia peruenta ex venditione officij: num detur prælatio creditoribus priuilegiatis in corpore iuris? puta si officium fuisse emptum de pecunia data à creditore ad illum finem emendi officium, sed non fuit data hipoteca cum Regio assensu: quo casu, creditor acquirir priuilegium prælationis inter actiones personales tantum: ex traditis per Doctores in *l. licet, C. qui pot. in pign. hab. in l. interdum, ff. eod. iuncta l. si ventri, S. eorum ratio, ff. de priuileg. cred. late Dom. de Ponte in decis. 4. tex. & in l. si ut proponis, C. de rei vindic.* Hic articulus non fuit decisis in illa *decis. 45. Dom. Rouiti*, sed tantum fuit ibi decisis articulus num creditor ex causa fideiussionum captarum & stipularum per officialem, non repertis principali debitore, & fideiussore idoneis ad soluendum, habeat priuilegium prælationis inter alios creditores in personali actione, eiusdem officialis? & fuit decisis, quòd non: huiusmodi enim creditor non reperitur priuilegiatus à iure, quia vult acquirere prælationem ex negligentia officialis, commissa in officio, scilicet perquirandi, an fideiussor sit idoneus vel nò. Sed dispar est causa creditoris qui dedit pecuniam ad emendum officium, sine qua pecunia, & prouisione credi-

creditoris qui ad illum finem dedit, non reperiretur nunc officium in patrimonio officialis debitoris, & per consequens pretium redactum ex venditione illius: merito instar eius qui mutuauit pecuniam ad refectorem domus, vel naus, sed non prouidit sibi de hipoteca, est preferendus cæteris creditoribus in actione personali: prout decisum fuit in creditore qui mutuauit pecuniam ad emendum feudum, *ut in decis. 4. Dom. de ponte*. Est enim fatis priuilegiatus in iure, mutuans pecuniam ad emendam militiam: ita ut ad finem præferendi cæteris creditoribus, dispositum sit in *l. fin. & Authen. seq. Cod. de pignor. militiam emptam de pecunia mutuata ad illam emendam, esse tacite hipotecatam pro pecunia*. In Regno autem nostro, cum impediatur contrahi hipoteca sine Regis assensu, ex dispositione *Consitut. Scire volumus*, ut diximus in *præiudicis quæst. 8.* remanebit priuilegium prælationis inter creditores in actione personali, argum *d. l. si ut proponis*. Nec *Dom. Regens Rouitus dissentit in hoc*, in illa sua *decis. 45.* nam sub *num. 8.* soluens opposita *ex cons. 4. Fabij de Anna*, dicit, illa procedere in obligatione resultante ex ministerio hominis, nempe creditore contrahente cum feudatario occasione feudi: & ideo non mirum, si taliter contrahendo, sibi prospicit super feudo. At in casu illius decisionis *45.* fundata in regula, *l. i. §. priuilegium, ff. de magistrat. conuen.* sumus in obligatione resultante in beneficium creditorum absq; ministerio hominis: cum nullus contractus intercedat inter creditorem, & actorem magistrum stipulantem fideiussionem: sed illa obligatio magistri actorum, resultat per simplex ministerium legis, introductum ex *tit. ff. & Cod. de magistrat. conuen.* Existimat igitur *Dom. author, tex. in d. §. priuilegium*, dum ibi denegatur pupillo priuilegium iuris in bonis magistratus; existimat dico, procedere quoad priuilegia fundata in sola prouisione legis, puta si quis ex sola amicitia gerit negotium pupilli; est priuilegiatus pupillus inter creditores in actione personali, huius amici sui qui gessit negotium suum, si malè illud gessit, *ff. de priuileg. cred. l. si negotium, iuncta glos. hoc priuilegium fundatur super sola prouisione legis: quia hic amicus pupilli, qui gessit negotium: nec contraxit, nec quasi cum pupillo*. Item si quis gessit se pro tutore; oritur priuilegium nedum inter

personales, sed etiam in hipoteca, *ff. tutel. & rat. distrah. l. fin.* sicut in vero tutore, *C. de administr. tutor. l. pro officio*. Hæc priuilegia non habet pupillus in bonis magistratus: quia magistratus non se gessit in bonis pupilli, & sic obligatio magistratus non fundatur super contractu, vel quasi, super quibus sunt fundata priuilegia pupillo data à lege: sed oritur obligatio magistratus ex quasi delicto seu negligentia ipsius, dicit *Bald. in d. §. priuilegium, l. i. ff. de magistr. conuen.* Ideo prouisio legis contra magistratus in *titul. ff. & Cod. de magistrat. conuen.* fundata in quasi delicto seu negligentia officialis circa suum officium, in perquirendo num fideiussor sit idoneus: non est amplianda ad priuilegia data pupillis contra eos qui se gesserunt in bonis pupillorum. Lex igitur, suam prouisionem factam in beneficium pupillorum contra eos qui ingerunt se in bonis pupilli, denegat contra magistratus: quia hi non se ingerunt in bonis pupilli, sed obligantur ex negligentia commissa in officio: & ideo fat est, eos obligari iuxta regulas communes, non secundum priuilegia. At cum quis mutuatur pecuniam ad emendum officium, lex fundat priuilegium super prouisione hominis, qui ad illam causam dedit, & non aliter: super hac prouisione hominis concurrat lex ad dandum priuilegium inter personales actiones: quia pecunia illa, & prouisio hominis, fuerunt in causa, ut officium esset in patrimonio communis debitoris, & per consequens pretium officij venditi, super quo concurrunt creditores. Igitur, dispositio *d. §. priuilegium, & decis. 45. Dom. Regentis Rouiti*, non possunt applicari ad facti speciem, cum quis mutuatur ad emendum officium: quia illæ sunt fundatæ super quasi delicto seu negligentia officialis, in perquirendo num sint idonei fideiussores capti: nostra verò facti species fundatur super contractu & prouisione hominis, qui sibi prouidit dando pecuniam ad emendum officium, & non aliter. Et super hac prouisione hominis lex concurrat dando priuilegium inter personales actiones, ratione de qua supra.

Hinc subtiliter attentari potest *ex d. §. priuilegium*, iuxta inductionem præcedentem: quod si pecunia pupilli, vel dotalis fuerit mutuata alicui simpliciter, non specificè ad emendum officium: si deinde ille emerit officium pecunia illa: non potientur pupillus, & mulier priuilegio iuris, de quo

quo in *glos. in l. si ut proponis, C. de rei vindic.* quia nulla prouisio hominis concurrat, sed sola prouisio legis, ut res empta ex pecunia dotali, vel pupillari, efficiatur dotalis vel pupillaris quoad vtilem actionem. Sed hoc remittimus arbitrio acutioris ingenij, quia videtur obstare *d. l. si ut proponis*.

Num autem officialis teneatur ad interesse, pecuniz à se debita ex causa male administrationis officij? *Regens Moles in sua quest. 20.* dicit, passim fuisse iudicatum in Regia Camera, teneri ad interesse: ex *tex. in l. qui sine, in vers. magistratus, ff. de negot. gest.* At quia de directo oppugnat *tex. in l. constitutionibus, ff. ad municip.* ideo *glos. interlinearis ibidem*, bene soluit ex *Bar. & Jac. de Aret.* quòd aut officialis pecuniam publicam in vsus suos consumpsit; & tenetur ad vsuras: sic enim ad literam loquitur *d. l. qui sine*. Aut officialis tenetur ad pecuniam ex mala administratione, puta si cautionem non idoneam acceperit, vel aliam negligentiam commiserit: quo casu obligatur ex negligentia seu quasi delicto, secundum *Bald. in l. 1. §. priuilegium, ff. de magistrat. conuen.* Et tunc non tenetur ad interesse, *d. l. constitutionibus*, ibi, *neque à fideiussoribus eius, multò minus à magistratibus*. pondera verba illa, *multò minus à magistratibus*. Hi enim obligantur, non ex contractu, vel quasi; sed ratione officij quod administrant: ideo non tenentur ad interesse, *l. Lucius, §. Paulus respondit, ff. ad municipal.* quem *tex. Bald. & glos. in l. vnica, C. de his qui ex offic. quòd administ.* declarant procedere, quando magistratus fuit in leui culpa, puta cepit fideiussorem non idoneum. Est enim difficile, perscrutari substantiam & bona hominum. At si magistratus fuisset in dolo, vel lata culpa: puta accepisset in fideiussorem publicè decoctum: teneretur ad interesse, *ff. de magistrat. conuen. l. fin.* vel tutor videt contutorem suum malè administrantem, & non denunciat illum suspectum: tenetur ad illas vsuras, ad quas tenebatur ille tutor malè administrans: & sic ipse obligatur ad interesse ex lata culpa, *l. tutor, §. fin. vers. si tutor, iuncta glos. ff. de administr. tutor*. Et hoc modo soluitur argumentum ex *d. l. fin. ff. de magistrat. conuen.* ubi tenetur ad vsuras. Dic. ommissis solutionibus *glo. pen.* quòd loquitur quando magistratus fuit in lata culpa, dum æquiperat eum tutori, *d. l. tutor, §. fin.* Nec similiter obstat *tex. in l. libertus, §. fin. ff. ad*

municipal. Loquitur enim in fideiussore, qui promiserat Rempublicam saluam fore ex nominatione magistratus: & sic sumus in eo qui obligatur ex contractu. Probant verba *tex.* ibi, *sponderunt*. Nos loquimur in magistratu qui nil promisit, sed obligatur à lege, ratione officij quod administrat. Nec demùm obstat: moram contrahi re ipsa, sine die, & sine interpellatione in beneficium fisci, *glos. in l. cum quidam, §. fiscus, ff. de vsuris*. nam *glos. interlinearis Bologn. ibidem* dicit, conclusionem hanc non probari ex illo *tex.* licet *Roman. & Io. de plat.* secuti sint *glos. illam*. Vel secunda erit solutio: *tex.* illum ad literam loqui in contractibus, & vectigalibus: nos verò loquimur in delictis, vel quasi: & ideo *Regens Moles* testatur loco citato, quòd quando agitur directò contra officiales, pènes quos remansit pecunia fiscalis: Regia Camera indistinctè seruat, illos condemnare ad interesse; ex *l. Imperatores, ff. de adminis. rer. ad vniuers. pertin.* Sed *tex.* ille benè probat distinctionem præcedentem, ut teneatur ad interesse is pènes quem remansit pecunia fiscalis, non autem magistratus qui demandauit opus: ut ibi ponitur exemplum in curatore qui demandauit opus. & *glos. ibi* limitat, nisi fraudem curator ille commisisset: nam tunc etiam curator, idest, officialis tenetur ad interesse; ratione doli, vel late culpæ quæ dolo comparatur; ut dictum est.

Dicit quoque *Regens Moles loco cit.* In Regia Camera passim iudicari cum *glos. in l. 2. §. si indemnitas, ff. de adminis. rer. ad vniuers. pertin.* ut debitores fisci teneantur ad vsuras semisses: nisi officiales consumpissent pecunias ad vsus proprios: tunc tenentur ad vsuras centesimas, *d. l. qui sine, vers. magistratus, ff. de negot. gest.* Est autem vsura centesima, ad rationem ducatorum duodecim pro singulis centenis. Vsura verò semisses est medietas centesimæ, & sic ad rationem sex pro centenis: ut optimè probauit *Sórcin. in l. 3. num. 3. ff. ad leg. Falcid.*

Si verò officialis teneretur ad duplum, vel quadruplum: non exigeretur interesse huius dupli, vel quadrupli, *d. §. si indemnitas*: quia esset dare vsuram pænæ, contra *tex. in l. fin. ff. de magistrat. conuen.* Aliqui verò dicunt, teneri ad vsuras pecuniæ consumptæ in suos vsus: non autem ad vsuras dupli & quadrupli, idest, eius quod excedit simplum. Sed hoc esset dare duas pènas: cogita.

Demùm

Demum dicit *Regens Mols loco cit.* pas-
sim in Regia Camera seruari: moram
contrahi contra fideiussore a die senten-
tiæ lata, seu significatoriæ expeditæ: quia
ad contrahendam moram ascenditur non
lucrum petentis, sed mora non solventis:
id est, illa perfidia & contumacia non sol-
uentis: id verò accidit à die significatoriæ
expeditæ. Sed negari non potest, esse ma-
gnam æquitatem: quia fideiussor obliga-
tur ex contractu ad omne id, ad quod te-
netur principalis; & sic ad vsuras debitas
per principalem; & sic ad vsuras debitas
per principalem; non autem vti
quid debitum à se ex mora sua; dicitur
enim in *l. libertus, §. fin. ff. ad municipal.*
fideiussorem non obligari ad penam prin-
cipalis, sed damnum Reipublicæ præstare
tenetur, quod promitti videtur. Pondera-
hæc vltima verba, & habes, damnum seu
interesse creditoris includi sub promissio-
ne fideiussoris. Sed pro praxi Regiæ Cam-
eræ in beneficium fideiussorum, dici po-
test: id verum esse in interesse quod venit
ex natura rei, vt est in contractibus bonæ
fidei: in cæteris verò oritur ex mora, quæ
est delictum; & ad delictum non obliga-
tur fideiussor, *d. l. libertus, §. fin.* Item
aduertè, probandum esse: pecuniam ab
officiali conuersam & consumptam esse in
vltus proprios, aliàs non præsumitur in du-
bio, *ff. de adminif. tut. l. Tutor qui, §. si post
depositionem, vers. Doceri.* Ratio est, quia
ex illa qualitate, scilicet in vltus proprios
conuertisse; punitur in quadruplum, inclu-
so simplio, *l. 4. & ibi glos. in verbo, tertia
parte, ff. ad leg. Iul. peculat. l. 2.* Quod quidem
verum existimo, nisi officialis incidisset in
legem Iuliam peculatus, vel de residuis,
puta si pecuniam deputatam ad certum
vltum, non impendit in illum vltum, *ff. ad
leg. Iul. peculat. l. 2.* vel si finita impensa,
seu opere; residuam pecuniam intra an-
num non immiserit in ærarium: tunc te-
netur lege Iulia de residuis, *ff. eod. l. cum eo
autem.* & sic absque probata qualitate
impensæ in vltus proprios, punitur in qua-
druplum.

64 Sed cum de resignatione officij in ma-
nus Regis pauca verba fecerim: utilis erit
indagatio: num resignans possit pænitere
antequam Rex acceptet resignationem? pro
solutione præmittendum est: resignare
idem esse, quòd cedere, & renunciare:
*Rebuff. in concordatis Gallie. Rub. de Reg.
ad pralat. nomin. fac. §. monasterijs, vers. ces-
sionem, fol. 106. & in §. 1. vers. etiam per
cessionem, fol. 66.* cumque beneficia Eccle-

siastica, & officia hæc secularia conuen-
niant inter se, *lo: Fab. in l. nem. o. C. de offic.
assess. Boer. decis. 350. num. 4. circa medium:*
vtraque enim transeunt in concessiona-
rium quoad titulum administrandi in pro-
prios vsus, & durante vita concessionarij
tantum: vt dictum est *sup. num. 2.* Ideo ex
legibus canonicis loquentibus de resigna-
tione beneficiorum, regulari officia hæc:
vt sicuti illa resignari non possunt, nisi in
manus eius ad quem spectat collatio, vel
confirmatio. *§. Abbas quoque, Infi. Canon.
de renunc. Host. in summa eod. tit. col. fin.*
Ita hæc officia: testatur ita decilum *Cabe-
dus in decis. lusita. 23. par. 2.* & ita seruari,
affirmat *Mastrill. de Magistrat. tom. 1. cap.
24. num. 11.* ea ratione, quia multa eueni-
re possunt in his resignationibus, ex qui-
bus lædatur is ad quem spectat prouisio.
Sed ipsi non viderunt *tex. in l. officia, C. de
offic. quæstor.* prohibentem sub pena offi-
cialibus, nè aliù ingerere faciant exercitio
eorum officiorum, ac pariter sub pena pro-
hibet, neminem officia hæc exercere sine
Principis rescripto, & *gl. ibi* notat contra
quendam Petrum de vico, qui locabat
quæstus & emolumenta officiorum sine
licentia Principis. Quo fit, vt si loqua-
mur de resignatione quæ fit in beneficiu
alterius: cum per eam transferatur titu-
lus administrandi in alium; quod est pro-
hibitum ex *d. l.* nimirum si requiratur as-
sensus Regis ad quem spectat collatio.
Resignatio autem pura fieri adhuc debet
in manus eius ad quem spectat prouisio
seu collatio: quia resignatio non est de
natura officij, nec fieri potest Regi inuito:
vt probatum est paulò ante *num. 59.* ea
ratione, quia tempore collationis con-
tracta est mutua obligatio inter conse-
rentem, & concessionariu: respectu colla-
toris, vt non deuestiat officialè sine causa:
respectu concessionarij, vt administret of-
ficium Regis. Hæc obligatio dissolui non
potest, nisi vtroque consentiente: & ideo
renunciatio non admittitur, nisi legitima
causa discussa coram collatore, *§. 1. &
ibi glos. sing. in figuratiōe casus, Infi. ca-
non. de renunciatio.* Est Igitur vera con-
clusio: resignationes siue puras: siue in
beneficium alterius, siue ex causa permu-
tationis, vel quacunque alia, fieri non
posse nisi in manus eius ad quem spectat
prouisio seu collatio: docetque *Dom. de
Pont. decis. 28. num. 1. & 11. glo. in l. pen. ff.
de offic. præs. Odoffred. & Bar. in l. si quis
rei, §. differentia, num. 8. ff. de acq. poss. Ro-
man. sing. 252.* His præmissis responde-
quòd

quòd existimauerunt aliqui: resignationem, antequam acceptetur à superiore, non valere in præiudicium superioris de cuius interesse agitur; Sed valere in præiudicium ipsius renunciantis: & opinionem hanc comunem dicit *Flam. Paris. de resignat. benef. lib. 7. quæst. 1. num. 12. & 25.* sequitur *Conf. de Georg. in sua repetit. feud. cap. 24. num. 61.* Contrarium tamen existimat verius & receptius, *Garzias tom. 2. de benef. par. 11. cap. 3. de renunc. in 4. notab. num. 223.* citans innumeros Doctores, scilicet renunciationem, ante superioris acceptationem, nullum præiudicium asserere nedum superiori ipsi, verum nec & ipsi renuncianti: qui post renunciationem retinet titulum & ius in eo, donec resignatio, siue pura, siue in beneficium alterius, acceptetur à superiore. Idem in officiali, vt nondum acceptata renunciatione a Rege, possit continuare officij administrationem, tanquam non vacantis, & percipere emolumenta officij: ex *Imol. Rebuff. Franc. Cald. tradit. Mastrill. lib. 1. de magistrat. cap. 24. num. 21. 22. & 27.* & officium expirare, secuta acceptatione Regis tantum. Et licet *Ceuag. tract. com. cont. C. 283. & Dom. de Georg. d. cap. 54. num. 62.* asseuerent id esse de Stylo potius, quàm de iure communi: quo actento resignantem non habere amplius regressum. Ego existimo, Stylum inniti iuris regulis, cum aliqua tamen declaratione; est enim resignatio duplex; altera pura & simplex, quam resignans facit in manus superioris ad abdicandum à se officium, vel beneficium: hæc resoluit titulum concessionis, & abdicat ius à resignante, nisi metu facta sit, *S. 1. iuncta glos. 2. Inst. Canon. de renunc.* secuta tamen acceptatione superioris: probatur, quia non simpliciter permittitur fieri, nisi certis de causis, *d. S. 1. ea ratione, secundum glos. ibi in figurationse casus,* quia in concessione, mutua obligatio contracta erat inter concedentem; & concessionarium: quæ dissolui non potest absque consensu vtriusque: ergo, ante dicussionem causæ & acceptationem superioris, titulus non resoluitur: resolutio autem considerari non potest respectu vnius, & respectu alterius non: quia ad imparia non iudicantur actor & reus. fateor tamen, quòd si resignatio presentata sit Regi; posset illam acceptare inuito resignante, quem forsan penituisset: ratio est, ne illudatur Regi, *cap. bonæ. el. 2. in fine, de postul. plalat. Rebuff. loco citato. Rub. de Reg. ad*

pralat. nomin. fac. S. 1. in verbo, etiam, col. 2. Cæterum si presentata non esset; posset desistere & impedire presentationem resignationis: quia titulus non erat resolutus.

65 Altera dicitur resignatio in beneficium alterius: & hæc fieri potest purè, vel ex causa permutationis alterius officij: vtraque autem concipi debet verbis conditionalibus, scilicet *religno in manus vestras officium, ad finem & non aliter neo alio modo (si vobis placebit) vt illud conferas Caio.* hæc dicitur resignatio pura in beneficium alterius. Quòd si ex causa permutationis sit, adiiciatur causa, scilicet *vt conferas Caio ex causa permutationis inter nos factæ, saluo & reseruato vestro beneplacito assensu, & non aliter, talis officij &c.* Hæc verba, *non aliter neo alio modo,* habent vim conditionis, vt si non sequatur collatio eo modo vt facta est resignatio: nil videatur actum, & officium non vacet. Opinio hæc est absque scrupulo in prophanis vt sunt officia Regalia *Regens Lanarius in cap. 1. num. 53. de vassal. decrep. atat. Socc. cons. 168. num. 1. circa medium, ibi, quicquid sit in rebus prophanis, vol. 2.* Et comune esse etiam in beneficijs, testatur *Rebuff. in tract. de pacif. posses. num. 146. & 147. Rota decis. 101. & decis. 363. in antiquis.* Declara conclusionem, si permutatio & resignatio prædicta secuta non sit absque culpa vel dolo resignantium: puta si Rex denegauerit assensum. Cæterum, qui in culpa vel dolo fuerit, non redibit ad suum officium: *Bonif. in clem. vnica, col. fin. de rer. permut. Rebuff. in rub. de Reg. ad pralat. nomin. fac. S. 1. in verbo, etiam, vers. quero, quidam resignauit; Et ratio est, nè illudatur Regi, d. c. bonæ, el. 2. in fine, vt dictum est supra.* Et procedit declaratio hæc in resignatione presentata Regi: quam acceptare poterit etiam ipsis inuiuis, nè illudatur. Quòd si Rex non cepit cognoscere: potuerunt desistere & redire ad officia resignata, impediens presentationem resignationum. Et eadem distinctio procedit in resignatione facta in beneficium alterius purè: quia eadem illusio Regis concurret.

66 Itcm aduertant resignantes & contra-hentes super officijs: vt non tradant officium, antequam Rex assensum præstet: quia inciderent in penam, *l. officia, C. de offic. quæst. & contractus esset nullus: quia d. l. loquitur prohibitiuè, And. in cap. quoniam, col. pen. in princ. de prohib. feud. alien. per Lotb. ex l. non dubium, C. de legibus.*

Præ-

67 Præterea notandum est, quòd resignationes fieri possunt per procuratores ad hoc specialiter constitutos, *S. potest autem, Inst. canon. de renunc.* dixi, speciales: quia nominari debet persona procuratoris in mandato: quia certus esse debet: nec valeret mandatum speciale ad renunciandum, persona procuratoris non expressa, ut vulgo dicitur, lo mandato in blanco; sic *Rebuff. docet in rub. de reg. ad Prælat. nomin. fac. §. 1. in verbo, etiam per cessionem, in fine*: Sed recipi mandatum huiusmodi in albis, dicit seruari de Stylo Curiz Romanæ, in *decis. Burnegalæ. quæst. 274. an valeat.*

68 Differt autem hæc, ab illa quam officialis personaliter facit in manus Regis: hæc enim statim resoluit titulum & ius renunciantis, nec post reuocari potest, *cap. 3. de renunc. & cap. quàm periculosum, 7. quæst. 1.* Quæ autem fit per procuratorem, reuocari potest, & notificari reuocatio mandati procuratori ipsi, vel Regi collatori antequam fiat resignatio per procuratorem: cæterum, si notificatio fiat post resignationem factam: tenet resignatio, *Clem. unica de renunciat.* de qua resignatione per procuratorem copiosè scripsit *Rebuff. in concordatis, rub. de sublat. elemen. literis, in verbo, resignatione*: ideo ad eum remitto lectorem. Ego verò existimo, quòd si procurator præsentauerit Regi resignationem, & dum cognoscit de ea ante acceptationem superueniat reuocatio: erit in potestate Regis reuocare reuocationem, & acceptare resignationem: ratione de qua in *d. cap. bonæ, el 2. in fine, de postul. prælat.* scilicet nè sit in posse partium respiscere & illudere superiori. Secunda differentia est: quia fructus percepti per resignantem personaliter post resignationem, sunt restituendi. Secus in fructibus perceptis ab eo qui constituit procuratorem, & post legitimè reuocauit, *Rebuff. in rub. de collatione §. statuimus, el 1. in fine.*

Sed pulchra est inuestigatio: Si præsentata resignatione in beneficium alterius, in curia Regis: sequatur mors resignatarij, vel resignantis, ante acceptationem Regis: cuius mors actendi debeat quoad deuolutionem officij? Respondeo; si actederemus opinionem *Flamin. parisi.* & *Io: And. de Georgijs*, scilicet ante acceptationem Regis, resignationem valere in præiudicium renunciantis: sequeretur, attendendam esse mortem resignatarij. At quia opinio hæc fuit reprobata *sup. num. 64.*

Ideo verior est opinio, attendendam esse mortem resignantis. Et ratio est, quia resignatio perficitur ex consensu vtriusque, scilicet resignantis, & Regis acceptantis: & sicut resignans cogi non potest ad resignandum, ita quoque Rex erit in libertate acceptandi. Actus autem, qui perficitur ex consensu duorum, dato consensu vnius, pendet; perficitur autem adueniente consensu secundi socij, & perficitur ex nunc, quasi tempore huius secundi consensus omnes cessissent: sic probat *tex. ad literam in l. fin. ff. commun. prædi.* & loquitur propriè in contractibus inter viuos, ut est casus noster. Nam in vltimis voluntatibus est alia distinctio, ut in *l. hæc conditio, la 2. ff. de cond. & demof. & ibi Bar. & Soc. col. fin.* & quòd sic differentia inter contractus, & vltimas voluntates: probatur aperte in *d. l. fin. in vers. nec enim sicut viuentium, ita & defunctorum actus suspendi, receptum est.* Si igitur consensus resignantis pendet, expectans consensum Regis, quo superueniente perficitur contractus ex nunc, quasi nunc omnes cessissent: ergo, interim quòd adueniat consensus Regis, titulus officij est pænes resignantem: merito illius mors actendi debet in deuolutione. Nec obstat obiectio fisci, quòd cum acceptio pendeat ex sola Regis voluntate, & sic dicitur conditio potestatiua; impleri possit quancumque vsque ad extremum vitæ spiritum, *Bar. in d. l. hæc conditio, in prima oppo.* Respondeo, id verum esse, dummodo re integra exprimat consensum, *glos. in d. l. fin. in vers. acciderit: & tex. ille ad literam probat, quòd si consensus secundi socij aduenerit post mortem primi, vel postquam alienauerit primus: nil operatur consensus secundi.* Et pondera, quòd si primus postquam cesserat, potest alienare interim quòd consensus secundi socij aduenerit: ergo, pendente consensu secundi socij, dominium rei non abscesserat à primo qui cesserat: & sic clarè probatur, titulum officij non transferri in resignatarium, sed residere pænes resignantem, donec Rex acceptet resignationem. Quòd autem Rex, etiam in resignatione pura exprimere debeat suum consensum, acceptando resignationem: aliàs nil operetur resignatio: probatur in *l. si ita legatum, §. illi si volet: ff. de leg. 1. Regens Moles in 12. quæst. tit. de deuolutio. reuert. decisum, officium deuolurum Regi per mortem refutantis, ante acceptationem Regis.*

69 Vidimus hucusque, num culpa patris comissa in officio, noceat filio nominato in successorem officij? videamus nunc, num noceat creditoribus? *Dom. de Ponte in decis. 28. in fine*, testatur decisum, fiscum fuisse prelatum creditoribus pro pœna ducatorum decem mille, ad quos fuerat condemnatus officialis ille pro mala administratione & culpis in officio commissis: dat rationem, quia creditores illi carebant assensu domini: quasi videatur aliter sentire in creditoribus cum assensu. *Reg. Constantius in l. 1. num. 108. circa medium, C. pœnis fisci cred. prefer. lib. 10.* dubitat circa hanc prelationem fisci, ex regula illius *tax. cum rub.* Pro fisco tamen, dicit, afferri posse; quod in qualibet concessione officij apponitur clausula, concessionem fieri sub conditione, donec concessionarius se bene gesserit in administratione officij: prout similiter testatur *Dom. de Franch. in decis. 457. in fine, vers. accedebat predictis*: ex qua clausula reuocari privilegium, officiali malè se gerente, ipse dicit, sicut de mandato dicitur in *l. si cum Cornelius, ff. de solutionibus*: dicit tamen *Reg. Constan.* clausulam hanc resolutiuam subintelligi etiam si non apponatur. Ego distinguendum existimo; vt si clausula predicta resolutiua apposita sit in concessione; culpa comissa in officio, auocatoque officio per sententiam: creditores omnes etiam cum assensu, excludi: ratio est, quia ex predicta clausula resolutiua conditionali officium redit ad concedentem ex causa necessaria, & natura officij, insita tempore erectionis ipsius, & sic ex tunc, non ex nunc: merito omnes hypothecæ medio tempore contractæ resoluuntur, sicut de pacto additionis in diem resolutiuo, docet Iuriscōsultus in *l. si ex duobus §. Sed & Marcellus, ff. de in diem addic.* & militabunt omnia ea quæ dicta sunt paulò ante in articulo, num culpa delinquentis in officio, noceat filio nominato in successorem officij: ac pariter *supra, num. 26.* in articulo, num feudo aperto ob culpam, vel lineam finitam, resoluantur hypothecæ contractæ cum assensu domini? Nec obstabit regula *l. 1. C. pœnis fisci cred. prefer.* est enim species proposita satis diuersa à pœna: resoluta enim concessione officij per culpam commissam, auocat dominus rem suam, non pœnam: & eò magis est tuta hæc opinio in officio concessio simpli- ceter, non alterato pro hæredibus: nam tunc nuda administratio est concessa, do-

minium autem remansit pœnes concedentem, *Dom. de Ponte, dec. 28. num. 7.* vnde tunc culpa comissa, non dicitur acquirere, sed retinere rem suam, reuocata administratione ex culpa comissa. Sed in officio concessio pro hæredibus, vel cum facultate vendendi, cuius dominium ex qualitatibus predictis esse quæsitum concessionarijs, docuimus *supra n. 7. & 20.* apposita clausula predicta resolutiua in concessione, adhuc opinio predicta erit vera; quia resolutio titulo ex tunc, habetur ac si non fuisset concessum officium: sicut in re vendita sub pacto additionis in diem, dicitur in *d. §. Sed & Marcellus*, quod interim emptor est dominus, sed oblata meliori conditione resoluitur titulus ex tunc ab initio contractus, & venditor capit rem suam cum fructibus medio tempore perceptis, dicitur in *l. 2. ff. de in diem addic.* non est igitur pœna, sed ex culpa comissa reassumit rem suam, Punctus est, si in concessione officij non sit apposita predicta clausula resolutiua; *Regens Constant.* existimat haberi pro apposita: & in hunc sensum intelligit *Dom. de Franch. loco citato*: qui non dicit hoc: verba eius sunt hæc, *Accedebat predictis, quia istis conceditur potestas, quandiu bene se gesserint, dicit, conceditur.* quod verbum ponit in actu, non fingit. obstat huic opinioni, quod clausula annullatiua non presumitur apposita, nisi probetur, *glos. fin in cap. cum ex eo, extra de penit. & remis.* Obstat secundo, quod pactum resolutiuum non fit, nisi per verba directa resolutiua, putà, sit inempta res, *glos. in l. 2. ff. de in diem addic. Reg. de Ponte in cons. 67. vol. 1.* ergo requiritur expressio. Tercio obstat, quia natura rei datur vel à lege generaliter disponere in contractu, vt de euictione docet *lex. in l. non dubitatur, C. de euict.* vel ex pacto expresso in concessione: prout latius deduximus in *l. Imperialem, nu. 230. & 217.* à lege reperitur dispositum, quod officialis benè & fideliter exerceat, aliàs priuatur, vt in *l. saliquid, C. de suscep. lib. 10.* non autem reperitur dispositum, quod officium censeatur concessum sub clausula resolutiua: & sic bona administratio est de natura officij, à lege mandata, non autem expressa sub conditione resolutiua à concedente, nec à lege. Condicio autem resolutiua oritur ex verbis directis resolutiuis à contrahentibus prolatis, putà, sit inempta res, secundum *glos. in d. l. 2. & Dom. de Ponte in cons. 67.* vel ex speciali priui-

privilegio iuris, secundum *Alexan. in consil. 10. vol. 1.* Ergo, vbi clausula reolutiua non reperitur expressa in concessione officij à domino, non subintelligitur à lege. Existimamus igitur, non expressa clausula reolutiua in concessione officij, officialem malè administrantem priuari, hipotecas autem legitimè contractas non resolui: preferri autem dominum officij creditoribus delinquentis habentibus actionem personalem tantum: quia officium tunc penès dominum non est pœna, sed retinet quod suum.

70 erat. Aduerte tamen, quòd non ex omni mala administratione officij datur pœna priuationis: sed debet esse grauis & scandalosa, in perniciem domini, vel subditorum: & ideo aliquando datur pœna pecuniaria, vt testatur *Dom. de Ponte in decis. 28. in fine.* Declara, si non commisit fraudem in administratione: aliàs, etiam modica fraus est sufficiens ad priuationem officij, *Lucas de Penna in d. l. si aliquid, in princip.* ex verbis illius legis, dicentis, *si aliquid.* Fraus autem circa tria versari, ipse dicit, scilicet interuersione, euerfione, extorfione: interuertere est callidè furripere, vel decipere aliquem callidè, vt in *l. si duo, ff. de positi. in l. amissione, ff. de capit. dimin.* euertere: est destruere, aliquando est idem, quòd interuertere. Extorsio propriè est rapere, vi capere: per translatum in officijs fumitur pro eo quòd officialis accipit à subdito vltra legitimum modum seu pandectam, siue accipiat vt faciat iustitiam, siue iniustitiam: est enim plena significatio huius verbi, *l. si seruo, in verbo extorquere, ff. de hered. inst. Paris. de Puteo in tract. de fideic. in verbo, Electio officialium, cap. 1. num. 4.* Et licet formaliter non interueniat vis, virtualiter sic, ratione subiectionis: & ideo in officiali præsумitur extorsio, *Paris. de Puteo in verbo, præsumptio officialis, cap. 1. num. 2.* Declara conclusionem, vt dicatur extorsio, quando denegat expeditionem vt accipiat, vel incutit timorem; aliàs, si non denegata expeditione accipit vltra pandectam à sponte dantibus; quia cessat dolus, non erit pœna ordinaria priuationis, sed pecuniaria, ex *cap. Regni*, quòd incipit, *Vulgaris fama proloquium*: de cuius intellectu latè differit *Dom. de Ponte in decision. 16.* ad quem in facti contingentia recurrendum est. Item aduerte, quòd cul-

pæ etiam in omittendo, sunt sufficientes ad priuationem officij, quando scilicet ex crassa & supina negligentia omittunt facere ea, quæ sunt de natura illius officij: vel sunt ita ignaui, & torpes à natura, vt iudicentur inhabiles, *Consiliarius de Georgijs in allegat. 42. num. 14. & 15. & Dom. Regens Rouitus in decis. 36. num. 14. & sequen. allegant. l. si quos iudices, Cod. de offic. præfect. orien.* vbi Imperator quoad priuationem officij, æquiperat inhabilitates, & negligentias, furtis. Sed tex. ille loquitur in officijs iurisdictionalibus, ibi, *si quos iudices.* At in officijs ministerij, quæ deseruiunt iurisdictionalibus: loquitur Iurisconsultus in *leg. Carceri, ff. de custod. reor. in versic. si nescit, ob negligentiam remouendus est officio.* Ratio huius conclusionis est: quia cum officia hæc habeant administrationem annexam circa publicam vtilitatem, dum quis acceptat hoc officium, virtualiter asserit se industriosum, vt sit dignus tali officio, *Bartol. in leg. quòd Nerua, quest. 9. ff. de positi. quo casu imperitia culpæ annumeratur, ff. ad leg. Aquil. l. si quis fundum, § Celsus.* Non tamen sola negligentia sufficit ad priuationem, nisi ex negligentia obuenerit damnum Reipublicæ, vel priuato, sic enim procedit *dicta l. Carceri*: & sic distinguit *Geminian. in capit. Grandi, extra de supplen. negligent. Pralat.* Item quòd damnum sit graue; cæterum, si esset leue: posset suspendi ad tempus, vel mulctari: iuxta *Consil. Criminal. Gramat. 35.* Semoto autem damno, si negligentia & desidia esset tam magna, vt iudicari possit inhabilis: adhuc priuandus est, quasi causa data non secuta; & loquitur *dicta l. si quos.* Quo casu, si officium fuit pecunia quæsitum: esset cogendus vendere officium habili, argumento *§. final. Inst. de his qui sunt sui, vel alien. iuris.* Nam omnes leges citatæ loquuntur in officijs gratuito concessis.

Delicta autem communia num inducant priuationem officij, dictum est supra in verbo, *Potestas constit. magistrat. ad iustit. num. 4.* Debet autem probari delictum plenè, iuxta formam *leg. final. Codic. de probat.* quando agitur de irroganda pœna ordinaria priuationis, vel coercitionis corporalis; secus si ad pœnam extraordinariam, vt est pecuniaria, vel suspensionis, *Regens Rouitus in decision.*

sione 36. numer. 25. *Gramat. in consil. criminal. 35. & in decision. 42. Iulius Clar. libr. 5. receptor. sententiar. §. finali, questione 20. Mascardus de probat. conclusione 1137.* Sed in Regno nostro sufficerent quinque testes singulares, bonæ tamen vitæ & famæ, vt *Dom. de Ponte testatur in dicta decisione 16. num. 9. versic. Pragmatica edita tempore Caroli Quinti.* Aliquando officialis cogitur vendere officium, puta, si non sit tam scandalosa administratio, *Dom. de Ponte in decisione 7. num. 33.* Sed *Aymon in consil. 6.* distinxit officia empta ab officijs concessis gratuito: in emptis non dari priuationem ex mala administratione, existimauit; sed cogendum emptorem ad vendendum officium. In officijs gratuito concessis detur priuatio ex mala administratione. Quam opinionem optimè impugnat *Dom. de Ponte in dicta decision. 16.* quia natura officij non alteratur ex titulo oneroso. Ego verò interpretor consilium *Aymonis*, in officijs emptis, vel concessis pro hæredibus, vel cum potestate vendendi: eò quia, ex his clausulis est ita alterata eorum natura, vt plenum dominium sit quæsitum concessionarijs, vt supra sub num. 7. & 20. docuimus: cuius dominij effectus est, vt non priuetur dominus re sua, eò quia malè vitur: attamen ob interesse Reipublicæ, cogendus est dominus ad vendendum, *singularis tex. in §. finali. Infl. de his qui sui vel alien. sur. sunt:* qui text. fundat hanc coactionem super publico interesse: cumque in quibuslibet Regalibus concessis etiam in allodium Rex habeat ius Regium superioritatis, quod inseparabile à Corona esse ob publicam utilitatem, deduximus supra in verbo, *Potestas constituendorum magistratuum, num. 18. & 34. ac Capyc. docet in inuestit. feud. in verbo, feudum dant, in prima declaratione:* super quo Regio iure fundatur principaliter audientia querelarum, & appellatio subditorum ab oppressiõibus officialium, *Afflic. in Constitut. Capitaneum.* Princeps enim dicitur verus dominus & protector populorum, & exinde mandat, prouidet, & succurrit querelis omnium subiectorum, *Belug. in Specul. Princip. Rubrica 38. §. conqueruntur,* ideirco habentes huiusmodi officia in dominium, coget Rex ad vendendum, si ex eorum mala administra-

tione offendantur & opprimantur subditi: secus si officiorum directum dominium retinuerit; vel totale & plenum, administratione tantum concessa: prout in lequ. demonstrabo: tunc priuationi erit locus ex mala administratione. Ad hanc distinctionem tenendam cogor, dum video diuersas iuris dispositiones in his; in feudis enim, quorum directum dominium retinetur pænes concedentem, reperitur dispositum in *§. quicumque aduocatum, supra de pace tenen.* quòd feudum amittat: pariter in *titul. quib. mod. feud. amitt.* ibi, *ita vt transactum permittat;* dat rationem *Bald. in dicto §.* quia malè vitur re domini: & *tex.* ille loquitur etiam in officio, in illis verbis, *quicumque aduocatum:* sed clariùs in officijs loquuntur, *dict. leg. si aliquid, Codic. de suscept. libr. 10. leg. 1. Cod. si qua præd. potest. in leg. iudices, Cod. de dignitat. libr. 12.* In re autem, cuius plenum dominium est alterius, non dat lex pœnam priuationis, vt in *dicto §. finali.* Et ratio esse potest, quia tunc non esset priuare, sed publicare seu confiscare; quæ pœna propriè datur in re aliena, nec pro omni crimine, sed pro atrocissimis, vt plenè docet *Peregrin de iure fisci, libr. 5. titul. de publicat. bonor. num. 8. & sequent.* Et ideo in alijs casibus, in quibus non datur publicatio, cogetur ad vendendum, vt euitentur oppressiones subditorum ex mala administratione. At vbi dominus concedit administrationem tantum, vel vtile dominium, quod est chimera secundum *Innocentium,* tuetur rem suam priuando concessionarium abutentem re concedentis, & ideo facilius datur priuatio, Hæc distinctio, etiam noua, multum tamen aridet.

73 Sed pulchra est inuestigatio: num nominans successorem in officio ex potestate sibi tributa, obligetur ex culpis commissis deinde in officijs per successorem? & conclusio est affirmatiua; quia ex sola nominatione sua confertur officium nominato, absque alia electione & approbatione Regis: *ad text. in l. ex actores, C. de susceptor. lib. 10. Dom. de Ponte de potestat. Proreg. titulo de abundantia Ciuitat. §. 1. num. 10.* in subfidium tamen obligatur, *Codic. eodem leg. 2.* Et sic pariter hæredes nominantis poterunt conueniri actione personali

nali

nali ex illa obligatione contracta per nominationem, conditione scilicet ex lege: quia à lege obligatur, dicta l. exa-
tores. Et probatur hæc conclusio in
leg. si uni, §. idem scribit, si filius, in-
versic. Neratius autem respondit, ibi,
unum ex filiis suscepturum, professum esse.
 Illa verba, *professum esse*, probant nomi-
 nationem patris, & dicit, venire
 in iudicium familiæ arcescundæ inter hæ-
 redes, quod impendit filius qui exer-
 cuit. Ex quo text. notat Bald. quòd fi-
 lius, qui patris destinatione militauit:
 expone, idest, patris nominatione mi-
 litiam aliquam, idest, officium exercuit:
 sumptus, quos filius fecit post mortem
 patris pro obtinenda illa militia, ero-
 gandi sunt de hæreditarijs & comuni-
 bus bonis: & etiam damnus quod in-
 de obuenerit; dicit Bald. in fine. Emolu-
 menta autem ex dicta militia obuendien-
 tia non communicatur cum cæteris co-
 hæredibus filijs; sed sunt præcipua ip-
 sius filij militantis ob dignitatem suæ
 personæ, dicit *glos. in verb. venire, ibi,*
si ergo. Hinc Bald. in fine dicit, loquor
ego de sumptu & de damno quod ex tali
acceptatione nascitur. Disparitas autem
 hæc, vt cæteri hæredes participant de
 damno, & non de lucro: oritur ex eo,
 quòd facultas nominandi erat vnum ex
 filijs, absque qualitate hæreditaria: quo
 fit, vt emolumenta sint peculiaria nomi-
 nati; vel ratione dignitatis personæ
 militantis: sunt enim attributa & assi-
 gnata militiæ ob dignitatem exercentis,
 dicit *glos. prædicta*. Vel ratione laboris
 qui impenditur in exercitio officij. Quòd
 si officium concessum esset sub qualita-
 te hæreditaria in successore, vel nomi-
 nando: tunc emolumenta & fructus of-
 ficij communicarentur, vt plenius di-
 ctum est in *Preludij sub num. 49*. Parti-
 cipatio autem cohæredum de damno,
 obuenerit ex nominatione facta à defun-
 cto. Sed aduerte, quòd damnus vel
 obuenerit ex culpa militantis, puta ex cul-
 pis commissis in officio: & tunc licet
 cohæredes in subsidium conueniri pos-
 sint ex nominatione defuncti ad refar-
 ciendum damnus passus: habebunt re-
 gressum contra culpantem pro indem-
 nitate eius quod passus fuit: quia in sub-
 sidium obligati sunt, d. l. 2. seu vt fide-
 iussores, dicit *tex. in l. quoties, ff. ad mu-*
nicip. Si verò damnus obuenerit absque
 culpa militantis: puta si datum sit Re-

gi aliquid pro ingressu officij: vulgò, per
l'entratura, vel pro expediendis litteris
 Regijs pro ingressu: hoc retarctur de
 communi hæreditatis: & oritur hoc
 damnus cæteris cohæredibus ex nomi-
 natione patris: quia dum voluit præ-
 ferre vnum filium cæteris in obtinen-
 da militia: præsumendum est, velle
 quoque illi exhiberi sumptus ad obti-
 nendam militiam, ad quam nominatio à
 se facta fuit: ad regulam l. 2. ff. de iu-
 risdict. omn. iud. Nec prædictis obstat l.
et si filium, ff. de muner. & honor. loqui-
 tur enim, quando bona filij nominati, qui
 deliquit, sufficiunt: probant illa verba,
 cum ei decurioni sufficientes facultates
 pater reliquerit: vt enim diximus: no-
 minans, eiusque hæredes tenentur in
 subsidium. Nec pariter obstat l. Lucius,
§. idem respondit, et 1. ff. ad municip. lo-
 quitur enim quando viuo patre factus
 est decurio, extra tamen eius voluntate-
 tem. Et illa verba text. à patre factus
 est decurio; exponit *glos. viuo patre*: &
 est optima expositio; alias Iuriscon-
 sultus sibimet contradiceret, dum
 in finalibus verbis text dicit, patrem ob-
 ligari, si eius voluntate factus est filius de-
 curio.

74 Superest exponere ordinem succeden-
 di in officijs alteratis in sui natura pro
 hæredibus, vel hæredibus corporis? Fi-
 scus dicit, seruandam esse strictiorem
 formam ea quæ seruatur in feudis: ex
 illa regula, strictius proceditur in offi-
 cij, quàm in feudis. Sed quia hæc re-
 gula est vera in officijs nõ alteratis in sui
 natura: tunc strictius proceditur, quia
 vt personalia extinguuntur morte conces-
 sionarij, & non transmittuntur: ac in
 alteratis pro hæredibus, non est stri-
 ctior natura, cum deductum sit supra
 num. 6. 7. 16. 19. & 28. & in *Preludij,*
quæst. 7. & 9. verbum, hæredibus, com-
 prehendere, etiam extraneos, iuxta di-
 spositionem iuris Romani. Vel saltem
 prætendit fiscus, seruandam esse formam
 succedendi in feudalibus: ea ratione,
 quia officia sunt beneficia, & sic sino-
 nima. Sed hoc argumentum esse fal-
 sum, demonstratum est supra num. 11.
 & 7. in artic. num. validum sit argu-
 mentum de feudo ad officium: & conclu-
 sum fuit, non esse validum, nec esse
 æquiperata: & proinde non regulan-
 da esse officia sic alterata in sui natura,
 ex legibus feudalibus. Ideo quoad gr 2.

duſ, ſubingreſſionem, & reliqua, re-
currendum eſt ad leges Romanas, ar-
gumento *cap. 1. de feud. cognit. & cap. 1. an ille qui interfic. frat. dom. ſui*, ibi,
quantum ad ordinem gradus qui contine-
tur in legibus, forma tamen inueſtituræ
ſalua, ut latiùs diximus in *Præluđijs, quaſt. 9. in fine, verſic. ordo antem ſucceſſio-
nis.*

75 Hinc inferitur ad gratias conceſſas Re-
gno noſtro, quòd in feudo nouo empto
ſuccedant fratres & ſorores etiam vte-
rinæ, eorumque filij vtriuſque ſexus: num
hæ gratiæ præſcribant ſibi vim in officijs
huiuſmodi alteratis in ſui natura, cæte-
riſque Regalibus? & negatiuam ſequor
opinionem: quia hæ gratiæ habent vim
diſpenſationis, dum admittunt in feudis
eos qui non ſunt de corpore acquirētis,
*ſupra de his qui feud. dar. poſſ. cap. 1. §. ſin
autem vnus, & de natur. ſucceſſ. feud.
cap. 1.* Et proinde ſtrictè interpretandæ
ſunt in caſu expreſſo feudorum, non au-
tem extendendæ, *ff. ſol. matrim. l. ſi ve-
rò, §. de viro*: & latiùs dicemus in fine
operis. Et corroboratur hæc opinio ex
præcitata concluſione, *num. 7. feuda &
officia non eſſe æquiperata in ſui natura,
& proinde officia non regulari ſecundùm
leges feudales.* Et in officijs conceſſis
pro hæredibus corporis, obſtaret tenor
pacti & inueſtituræ, dum contra eius te-
norem ſuccederent ex gratijs prædictis
perſonæ, quæ non ſunt ex corpore ac-
quirentis. Nec in priuilegijs argui po-
teſt ex paritate rationis, *Decius in l. in
cnnibus cauſis, ff. de reg. iur.* quo ſic, ut
licet inueſtitura officiij eſſet pro hæredi-
bus ſimpliciter; quia tamen gratiæ ha-
bent vim diſpenſationis in ſe, & ſic pri-
uilegij, non ſunt protrahendæ, etiam ſi
par ratio concurreret, *ff. de legib. l. Ius
ſingulare, & l. quòd verò.* Sed tunc ſuc-
cedent alia ratione, ſcilicet quia verbum
hæres, comprehendit etiam extraneos;
ut diximus ſupra *num. 7 & 8.* & percon-
ſequens ſucceſſio deferretur iure Romano,
ut diximus in præcedenti *num. 7.* niſi in-
ueſtitura eſſet pro hæredibus corporis:
tunc non ſuccedent ex forma inueſtitu-
ræ reſiſtente.

76 Sed pulchra eſt quaſtio: num in offi-
cijs conceſſis pro hæredibus, ſuccedant
Clerici deſcendentes ex corpore primi
acquirentis? fiſcus opponit nonnullas
leges Regni noſtri, ſcilicet *Conſtitut. In-
ſtrumentorum robur, in fine, capit. Ca-*

*ſoli 11. incipit, ut eum nihil, 159. ſecun-
dùm ordinem Nigri de Campania*: qui-
bus prohibetur clericis exercitium offi-
cij iurisdictionalis, & etiam ſine iuridi-
ctione, ibi, *Iurisdictioni, aut exercitio
cuilibet, per quod poſſet pro noſtra Curia,
Comitibus, Baronibus, & præſidentibus
etiam in homines Regni aliquod miniſte-
rium exercere.* Dat rationem *Maſtrill.
deciſion. 159. num. 18. & 19. & libr. 2. de
Magiſtrat. cap. 6. num. 10.* ne delinquens
in officio clericus, à Rege puniri non va-
leat; ſequuntur *de Franck. deciſ. 479. Ca-
ballus reſol. crim. caſu 64. Bouadill. libr.
1. ſua politica, cap. 12. num. 16.* Auget
argumentum fiſcus, quia ex forma inue-
ſtiturarum à Regibus Aragoniſ hucus-
que, præſtari debet iuramentum de bene
& fideliter adminiſtrando, vel admini-
ſtrari faciendo: cuius iuramenti ratione
parem habent naturam cum feudis: va-
de ſicuti à feudi ſucceſſione repellitur
Clericus ob iuramentum fidelitatis quod
præſtare non poteſt, *Dom. de Pont. deciſ.
4.* ita pariter repelli debet à ſucceſſione
officij. Qua ratione attenda, *Minadous
in Conſtitut. Regni, In aliquibus, in ver-
bo filiorum, num. 5.* dicit, *idem dico in
officij, qua fortè ad hæredes tranſire poſ-
ſent, ut non ſuccedant clerici, quia ex ca-
pitulis Regni ſunt inhabiles ad officia.*

Auget fiſcus ſuam concluſionem, etiam
data poteſtate ſeruiendi per ſubſtitutù;
quia cum ſubſtituens teneatur de deli-
ctis ſubſtituti commiſſis in officio, *l. ad
ſimilitudinem, C. de Epife. & Cler. & C.
de prepoſ. agen. in rebus, l. 1. in fine, lib.
12. Pariſ. de Puteo in tract. de ſin-
dic. in verbo ſubſtitutus, num. 4. Guttie-
rez præct. qq. ciuil. libr. 1. cap. 34. de
Ponte deciſ. 10. num. 3.* Et in actorum ma-
giſtro ſubſtituente quòd teneatur de deli-
ctis ſubſtituti, *Angeſ. conſ. 237. num. 1.
in fine,* cum diſtinctione tamen ut per
*Regent. Conſtantium in l. nullus, num.
63. & ſeq. C. de decurion. libr. 10.* euenien-
te caſu, in quo ob culpas & defectus
ſubſtituti vellet Regia Curia cognoscere
contra clericum ſubſtituentem ciuilitè
ad priuationem officij in quo ſubſtituit,
non autem criminaliter ad pœnam
corporalem, hæc enim ſuos tantùm
tenet authores, nec alius pro alio pu-
nitur corporaliter, *Roman. conſil. 11.
& 15. Regens de Ponte de poteſtat. Pro-
regis, titulo de diuerſ. prouiſionib. §.
ſolent etiam, Maſtrillus de Magiſtrat.*
tom.

87. plenè *Pereira de manu Regia tom. 1. lib. 1. tit. 80. §. 4. num. 6. Gram. voto 29.* nõ posset Curia Regis iuxta quorundam sententiam vocare clericum possessorem officij, sed coram Ecclesiaco iudice cognosci deberet: nam *tex. in cap. verum, extra de for. comp. & cap. Regni, Item statuumus, tit. de non trah. cler. ad iud. secul.* procedunt in feudalibus. Sed hoc argumentum est fallax, nam Curia Regis cognoscit, ne dum de feudalibus, sed etiam de Regalibus quæ ab ipso Rege tenent personæ Ecclesiasticæ sub propria natura Regalium: idque contingit dupliciter, vel quando concedit, reseruata sibi iurisdictione Regia: vel quando concedit huiusmodi Regalia cum clausula, quod concessionarius teneat & illa recognoscat à Rege concedente. Hæc enim verba, tenere & recognoscere à concedente, indicant directum dominium penes concedentem reseruatum: vt deductum est in *prælud. quest. 8. num. 41. vers. Hac tamen sublimitatio*, quo fit, vt sicut in feudis persona Ecclesiastica subest Regi concedenti ratione directi dominij quod habet Rex in feudo concesso, cuius dominij vigore dicitur iudicare in re propria potius, quàm contra clericum, secundum *Abbat. in cap. verum, num. 13. ext. de foro. compet.* ita quoque subest Regi, ratione Regalium quæ ab ipso tenet: *Afflic. in constitut. Quia frequenter, num. 13. per illum tex. vers. Item pondera, Couar. præf. qq. cap. 4. num. 2.* dum loquitur de iurisdictione, *And. Gail de pace publica lib. 1. cap. 1. num. 12. Regner. Sextin. in tract. de Regal. lib. 1. cap. 6. num. 62. & diximus sup. in rubrica quest. 3. nu. 6.* Et ideo in dubio non censetur abdicata Regia superioritas & præheminentia ex quibusuis amplissimis verbis, *Alber. in l. Imperium, & ibi Iacobi. num. 14. ff. de iurisd. omn. iud.* In reliquis verò donatis à Rege Ecclesiasticis personis absque reseruacione Regiæ superioritatis, iudex Ecclesiasticus ad eundem est; prout subtiliter distinxerunt *Reg. Constan. in l. 1. num. 100. & 103. C. de filijs official. lib. 11. Pereira de manu Regia, tom. 2. lib. 2. tit. 1. §. 16. cap. 37. num. 3.* Pariter corrui secundum argumentum; quia iuramentum fidelitatis, & iuramentum de fideliter exercendo, non habent parem vim: hoc secundum consistit in nuda exercitatione fidei, nè fraudem committat in exercitio officij; iuramentum autem fidelitatis continet, nè

fraudem & dolum committat in domino, & quod dominum adiuuet consilio, & auxilio, pugnando pro domino, vel dimidium fructuum feudi præstando, vt in *tit. de for. fidei. iuncto §. firmiter l. Imperialem, de prohib. feu. alien. per Frid.* ergo cum sint diuersa, non debet ex natura feudi inferri ad officium, vt sicuti Clericus non succedit in feudo, ita pariter nec in officio; nam ex diuersis non fit illatio, *l. papinianus exuli. ff. de minor. 25. an.* Et ex hac solutione corrui opinio *Mina. doi*, qui traxit suam conclusionem in officijs à dispositione iuris feudalis. Respectu autem iuramenti de fideliter exercendo & exerceri faciendo, tenetur Clericus iurare domino à quo tenet: quia huiusmodi iuramentum est dependens seu annexum officio, quod tenet à laico, *Abb. in cap. petitio vestra, num. 1. extra de iure iuran.* Hac enim ratione iurat in feudalibus, quia est de natura feudi quod tenet à laico. Pariter non obstat, quod ex legibus Regni nostri interdicitur est clericis exercitium officij: loquuntur enim in officijs non alteratis in eorum natura; ea verò quæ sunt alterata pro hæredibus cum potestate substituendi, habent aliam naturam, scilicet vt industria personæ non sit electa, cum industria ad hæredem non transeat, *l. cui bonis ff. de curat. furios. & ibi glos. Anchar. in cap. si à subdelegato, de officio delega. in 6.* & tunc aliud est exercitium officij à successione in officio. Et distinctio hæc, successione ab exercitio officij, comprobatur, dum in Regno nostro hæmina succedit in officijs alteris pro hæredibus, & seruit per substitutum: vt *supra num. 16. & 17.* realsumpta est hæc distinctio: respectu exercitij attendi debet, vt sit laicus bonus & expertus in officio illo: laicus, vt si delinquat, possit corporaliter puniri, ad quam penam corporalem non tenetur substitutus dominus officij; bonus & expertus, ob publicam utilitatem. Respectu autem successione, nil refert, quod successor, qui substituere habet in officio, sit clericus: dum clericus ipse substituens cognosci poterit ciuilitè à Rege ad priuationem officij, ex defectibus & culpis in officio commissis per substitutum: sicut pariter Rex est iudex competens ad priuationem feudorum, quæ ab ipso tenet persona Ecclesiastica, si feudales culpas commiserit feudatarius clericus: quia cognitio hæc oritur ex natura rei, quæ trahit ad se causam domino;

mino : sic Bald. in cap. 1. num. 4. de cont. feud. apud pares ter. Iul. Clar. in §. feudū, quæst. 90. vers. sed quid si dominus. Franciscus Capiblane. in pragmat. 1. nu. 32. tit. de Baronib. testatur communem opinionem esse, personas Ecclesiasticas subijci Regiæ iurisdictioni quoad distinctionem civilem in feudilibus, non autem quoad distinctionem personalem clerici: secuti sunt Carolus de Grassalijs, libr. 2. priuileg. 16 Guillel. de Benedic. in cap. Raynuttius, in verbo, & uxorem, decis. 2. num. 459. Pallat. Gomez tom. 3. variar. cap. 10. num. 7. Azeued. ad ll. Hispan. l. 4. tit. 4. lib. 1. & l. 14. tit. 16. recompilationum, Greue ad pract. Camer. libr. 1. conclus. 30. & conclus. 37. confid. 11. Caldas Pereira, f. renf. conf. 5. num. 3. Pereira de manu Reg. part. 2. libr. 2. tit. 1. §. 16. cap. 37. num. 5. Euerard. conf. 24. quæst. 1. Azeuedo libr. 4. tit. 1. libr. 2. num. 4. Andr. Gaill. lib. 1. de pace publ. cap. 8. num. 8. ubi citat nonnullos DD. & cap. 1. num. 13. circa medium citat Guid. conf. 72. num. 5. incipit, Principalia dubia: citans quoque in argumentum text. in l. de his, C. de E pisc. & Cler. Regner Sextin. de Regalibus lib. 1. cap. 6. nu. 59. & 62. citans Myfinger. obseruatione 90. in verbo, prout solent Ecclesiastici, cent. prima, & latius per Antoninum Dianam de immunitat. Eccles. tractat. 2. resolut. 18. Ratio huius opinionis est, quia iurisdicctio oriens ex contractu feudali, non est circa personam feudatarij, sed tantum circa res quæ tenentur à domino laico, ad priuationem illarum, Innocent. in cap. ceterum, num. 4. 5. & 6. de iudicij. Quo fit, vt dum consuetudo generalis feudorum, canonica lege approbante, in cap. solita, de mator. & obediens. & in cap. verum, de for. comp. subijcit clericos feudatarios tenentes temporalia, idest Regalia, Regiæ iurisdictioni, à qua tenent: & de natura illius contractus est, vt obseruent certa capitula, aliàs amittant bona illa: hæc natura trahit clericos ad dominum laicum: dicit Bald. loco citato, eiusdemque naturæ vi priuantur bonis. Et quia dominus non adimit à Clericis, nisi id suum quod dederat, & nil ultra: non potest dici pœna, sed conseruatio directi dominij, quod habebat in illis bonis: cuius vigore incorporauit utile dominium, quod concessum erat sub conditione resolutiua, si talia pacta seruaeris: quibus non seruat, resolutoque contractu, reaccipit dominus rem suam.

Nimirum si iudicium hoc sit civile, cum priuatum commodum agentis respiciat, licet crimen seu culpa fuerit in causa resoluendi contractum illum, Felin. in cap. super his, col. 2. in fine, extr. de accusat. ibique Ioan. de Anan. & Abb. Corn. conf. 19. Cum igitur officia hæc Regalia in dominio Regis sint, vt supra num. 2. dictum est, Rex cognoscens de culpis in officio commissis à substituto per Clericum, ad reuocationem administrationis officij concessæ, propriam rem tuetur: & perconsequens iudicium est civile, non criminale: licet crimen sit deductum in iudicio ad reuocandam administrationem concessam, Regens Rouitus in decis. 64. num. 21. Existimamus igitur distinguendum in quæstione proposita: vt si officium concessum sit tibi & hæredibus cum potestate substituendi administratorem; succedant clerici hæredes: quia ex potestate substituendi concessa colligitur voluntas concedentis, intellexisse etiam de illis hæredibus, qui per se exercere non possunt. Ceterum, non data potestate substituendi in concessione: declaretur verbum, hæres, ex natura rei concessæ, scilicet de hæredibus habilibus ad exercitium officij, argumento ff. de vsuris, l. si quis stipulatus, & tunc clericus non succedat. Nec obstat desumptum argumentum ex iure Canonico, quo prohibetur clericus immiscere se negotijs secularibus: intelligi debet quoad exercitium, vt in cap. Sed nec, ibi, Clericorum quisquam exercere: & in cap. sicut, ibi, exercentibus, cum seq. cap. extra, ne Cler. vel Monac. secul. negoc. se immise. Et eadem responsio datur constitutioni Instrumentorum robur & cap. Caroli II. vt cum nihil; sic enim ad litteram loquuntur. Nec potest fiscus in Regalibus huius Regni allegare leges & mores Hispaniarum, & aliorum Regnorum Regis nostri, latas in Regalibus illorum Regnorum: quia Regalia hæc sunt separata inter se, nec alterum alteri annexum, licet sub vna Corona sint: vt ex pluribus Doctoribus docet Regen. Constan. in l. unica, num. 159. C. de classicis, libr. 11. Secus in Regnis vnitis & annexis, & sic est intelligendus Arnulf. Ruzeus in tract. de Regalibus in 16. priuil. in fine.

77 Vidimus hucusque, quomodo facultas nominandi successorem in officio, extinguatur vel nē, ex parte eius cui fuit concessa: superest videre, quomodo extinguatur;

tinguatur seu resoluatur ex parte Regis qui concessit. Idque contingere potest duobus modis; Primo, si reuocet priuilegium nominandi: quod facere potest ad libitum, si concessio fuit ex gratia: *glos. est. singul. in cap. decet, in fine, de reg. tur. in 6. And. in tit. de cap. qui cur. vend. §. similiter, n. 30. ibi, in modum persequendi. & ante nu. 28.* Secus si ob pecuniam, vel in remunerationem seruitiorum illam concessit: tunc non reuocat absolute legitima causa; quia concessio huiusmodi habet naturam contractus, cum ex causa onerosa processerit: & Rex obligatur ex contractibus, sicut omnes homines: sunt enim contractus de iure gentium: *Capyc. ita distinxit in decis. 121. num. 15. & 16. ex Falin. Gemin. & alijs, Lucas de Penna in l. 1. C. de capit. Ciu. cens. extm. libr. 11. Io. Neuiz. conf. 12. inter conf. feudalia, Iason conf. 10. Gabriel comm. opin. tit. de iur. quas. non toll. conclus. 5. Bal. in l. qui se patris, num. 13. C. unde liber. cum alijs à me cumulatis in repetit. l. Imperialem, §. præterea Ducatus, num. 147. de prohib. feud. alien. per Frideric. ubi probata fuit vna limitatio huius conclusionis, scilicet quando Rex necessitate imminente publica pressus, indigeret pecunia, nec necessitati huic posset subuenire ex suis bonis. Secunda limitatio ad nostram facti speciem erit, si concessio commiserit culpas in officio: tunc Rex potest reuocare mandatum implicitè consideratum in concessione nominandi: in officijs enim facultas nominandi dicitur concessa, quando bene se gesserint Officiales; ceterum se malè gerendo, reuocatur priuilegium, *Vinc. de Franch. dec. 457. in fine. Reg. Const. in l. 1. num. 108 C. pen. fise. cred. prefer. lib. 10. Dom. de Pont. dec. 28.* Hæc enim facultas nominandi implicitè continet mandatum, quo constituitur procurator Regis in electione successoris in officio: dum Rex eligit ministerio sui, & ipse nominans interuenit vt nudus minister Regis: probat *tex. in l. pater ex prouincia ff. de manumiss. vind. iusta autem causa reuocationis mandati est, si suspectus fiat procurator domino, ff. de procurato. l. si suspectus.* Suspectus fit Regi ex delictis commissis in officio, nè similem sibi eligat: quia malus præsumitur in eodem genere, & omne simile appetit sibi simile. deficit tunc illa confidentia, quam Rex habebat in concessionario, eligendi bonum & habilem 78 administratorem Regij officij. Secundo*

modo contingere potest resolutio huius facultatis nominandi ex parte Regis, si præmoriatur ante nominationem successoris, & vacantiam officij: dubium est tunc, an extinguatur gratia facultatis nominandi? *Capyc. in d. decis. 121. num. 7. vers. contingit dubitari secundo,* dubitauit pro negatiua sententia quòd non extinguatur, ex eo quòd ipse dubius erat in specie de qua agebatur, an Rex successor Regis qui gratiam concesserat, adeptus sit Regnum iure hæreditario? quo casu tenetur habere ratum factum prædecessoris Regis, ex regula *l. cum à matre C. de rei vind. l. quod ipsis & l. ex qua persona, ff. de reg. iur.* Secus si ad Regnum venerit iure electionis: prout sic distinguitur in *cap. 1. sup. qui success. tenean. in cap. moribus. tit. de feud. defun. milit. cont. sit.* afferre deinde rationes pro prædicta sententia, quòd non extinguatur morte concedentis, & in fine dictæ decisionis dicit, fuisse pro maiori parte votorum decisum contra fiscum quoad primum, & hoc secundum caput: & bene quidem, cum Regna Hispaniarum, & Siciliæ sint hæreditaria: de Regno Siciliæ testatur *And. in tit. de inues. de re alien. fac. num. 8. in fine. de Regno Hispanico testantur Paul. Iouius lib. 16. & Guicciardinus in suis historijs,* Ferdinandum Regem Catholicum instituisse sibi hæredem Carolum Austriam nepotem suum ex filia, in omnibus suis Regnis. At in Regno electiuo, extinguatur gratia facultatis nominandi concessæ: quia successor non tenetur habere ratum factum prædecessoris: prout sic distinxit *Camer. in l. Imperialem fol. 47. col. 1. de prohib. feud. alien. per Frid.* nisi enormis lætio Coronæ afferretur: tunc nec successor Regni hereditarij adstringeretur stare concessis per prædecessorem: vt latius deduxi in mea repetit. *d. l. Imperialem, §. præterea ducatus, num. 60.* dicit tamen *Rebuff. in tract. nominationum. quest. 13. num. 25.* quòd nouus Rex semper consuevit confirmare officia habentibus ea, nisi fuisset legitima causa destituendi; & tunc ante nouam institutionem exercere possunt, & continuare pristinam iurisdictionem, donec nouiter creati aduenerint, & in prouincia habitauerint, *ff. de offic. Proconsul. l. meminisse:* quia decet à Principe concessum beneficium esse mansurum; vt in regula decet, *de reg. iur. in 6.*

79 Nolo tamen omittere pulchram questionem, super qua fui consultus: Titius

tius subactuarius M. C. Vicaria, vendit officium suum Caio ducatis bismille, cum pacto quod pendente solutione pretij, officium eiusque emolumenta sint in specie obligata pro pretio predicto: saluo tamen & reseruato Regio assensu, & non aliter nec alio modo. At quia assensum impetrare possunt venditor, & emptor: quia de vtriusque interesse agitur: emptor porrexit petitionem Regi pro assensu, sed omisit in petitione pactum hipotecæ. Rex assentiit: cepitque possessionem emptor, qui certo tempore elapso vendidit officium Sempronio. Quæritur, quæ actio competat Titio contra Sempronium possessorem officij? Actionem hipotecariam non competere pro consecutione pretij, certum est: quia assensus domini non fuit datus hipotecæ, sine quo nullum ius radicari potest super officio, resistentibus scilicet legibus prohibitiuis contrahendi sine Principis licentia, *C. de offic. quaestor. l. officia, & Constitutione Regni nostri, Scire volumus*: quam præscribere sibi vim etiam in hipoteca, dixit *glos. in verbo, locare, in constitut. constitutionem diuæ memoria*. Immo hunc assensum in hipoteca officiorum, difficillimè & quasi semper à Rege denegari, testatur *Dom. de Pont. decis. 28. num. 62. circa medium*, & licet aliqui Doctores relati per *Dom. Regent. Rouitum, in decis. 44. num. 6.* contrariū senserint: locuti sunt de iure communi, quo non erant de Regalibus officia hæc ministerij. Sed hodie in Regno nostro cum indubitati iuris sit, inter Regalia numerari ex reseruatione specifica: ut dictum est supra *num. 1. & 2.* nulli dubium est, compræhendi sub dispositione *constitut. Scire volumus*. & proinde nec hipotecari nec vendi possunt sine Regis assensu. Nam declaratio, quam conati sunt dare dictæ constitutioni, scilicet ut procedat in Regalibus, quibus annexa est iurisdictio: est contra generalia verba dictæ constitutionis, ibi, quod quicumque de Regalibus nostris magnum, vel paruum quid tenet. & *And.* sic declarat dicens: compræhendit enim illa, quæ excadunt Curia seù Fisco, ut sunt bona committentium crimen læsæ Maiestatis. Hec autem bona possunt esse cum iurisditione, & sine iurisditione: ergo, generaliter intelligenda est constitutio. Nec *Dom. de Ponte in decis. 16. num. 26. & 32.* dicit, prout allegatur, scilicet posse hæc officia ministerij vendi sine Regis assensu: dicit

posse vendi, & locutus est iure communi actento; nam allegat *D. Thomam*, & alios Doctores iuris communis: Sed non dicit, sine Regis assensu: nam si ita dixisset fuisse sibi contrarius: dum *in decis. 28. num. 62.* dicit, assensum in officijs raro concedi. Respectu verò recuperationis officij, aduertendum est primò venditionem factam à Titio, & pactum hipotecæ pro pretio in sui beneficium, stare ut indiuidua indiuiduo voluntatis ipsius: quia non aliter contraxisset, vel sub minori pretio: cui voluntati cum emptor annuerit in eodem contractu: dicuntur indiuidua indiuiduo voluntatis contrahentium, licet sola voluntas venditoris in hoc attendenda sit: quia ipse transfert rem suam, & de suo præiudicio agitur. Proinde cum sint indiuidua indiuiduo voluntatis, utrumque corrue: *Tiraquell. de retract. conuent. ad finem tituli, num. 13. And. in l. Imperialem, num. 4. circa finem, & ibi Camer. fol. 42. & 59. & ego in repetit. d. l. num. 40. de probib. feud. alien. per Frid. & est tex. in l. 2. ff. de reb. eor. de cuius intellectu acutissime differui loco citato, & ff. de arbitr. l. celsus.* Quo fit, ut cum pactum hipotecæ corruat ex defectu assensus domini: corruet quoque venditio ex defectu voluntatis contrahentium: duo enim perficiunt contractum huiusmodi, scilicet dominus remouendo obstaculum iuris prohibitiui, ac venditor transfereudo in emptorem ius quod habet in officio: *Camer. in l. Imperialem, fol. 43. col. 3. & 4.* hec duo stant integraliter respectiue alter ad alterum: quia sicut Rex per assensum non transfert nec transferre potest ius venditum, quod est venditoris, non suum: sed tantum remouet ius prohibitiuum in beneficium venditoris, ut transferre possit ius suum in emptorem, & potiri pretio: ita venditor eatenus transfert, quatenus Rex tollat obstaculum iuris prohibitiui in transferendo: aliàs & ipse incideret in penam *d. l. officia, & contractus esset nullus*, quia dicta lex prohibet, *C. de legib. l. non dubium*. Si igitur voluntas Regis in remouendo obstaculum iuris prohibitiui ad contractum, & voluntas contrahentium stant respectiue inter se: ergo, vno corruente, aliud necesse est corrue. Supposita igitur hac indiuiduitate voluntatis venditoris circa pactum hipotecæ, expressio huius pacti in petitione assensus erat necessaria: quia si fuisset expressa, non potuisset

fuisset Rex dare assensum venditioni, & reijcere pactum hipotecæ: probatur, quia hoc modo alienaret ipse ius vassalli, inuito vassallo; quod facere non potest, *S. ead. sup. de leg. corrad. And. in l. Imperialem, num. 14.* ibique *Camer. fol. 87. col. 3.* & ego in *repetit. num. 177. de prohib. seu. alien. per Frid.* non enim supplere, aut distinguere potest dominus consensum sui vassalli alienantis: quia non est ipse, qui transfert ius in emptorem, sed vassallus: ipse remouet tantum obstaculum iuris prohibitiui, vt vassallus transferat; vt in præcitatis. *authoritatibus.* ergo, si pactum hipotecæ vti continens indiuiduitatem consensus alienantis, substinet, vel destruit contractum: omisso illius in petitione assensus, annullat assensum, si constat de dolo eius qui tacuit: *Camer. in d. l. Imperialem fol. 77. col. 1. in fin. citans Felin. in cap. sedes, col. 2. versic. limita secundo, ex de rescript. d. d. dolus autem probatur, confitendo de scientia eius qui tacuit, Camer. ibidem col. 2. littera F. ibi, nisi constat de scientia.* In nostra facti specie Caius emptor, qui porrexit petitionem pro assensu, sciebat pactum hipotecæ omisit autem, sciens difficultatem obtinendi, cum Rex raro aut cum magna difficultate det assensum hipotecæ officiorum, *Dom. de Pont. decis. 28 num. 62.* ergo fuit in dolo. Corruit quoque assensus: quia petitio illius, omisso pacto hipotecæ, in fraudem venditoris facta est: non enim valet assensus actui qui fit in fraudem alterius, eò quòd lex fraudem non committatur, *ff. de donat. inter vir. & vxor. l. si sponsus. S. circa, & ff. ad municip. l. ordine. S. si in fraudem, Camer. in l. Imperialem fol. 7. col. 1. in princ.* regulariter enim, quoties ex expressis in assensu aliud non constat: dominus per assensum intendit prospicere venditori, vt ex pretio perueniendo ex venditione iuris sui, occurrat suis necessitatibus, *ff. quib. mod. pign. vel hipot. sol. l. sicut, S. Sed si permisit, iuxta inductionem à me factam in repeti. d. l. Imperialem, num. 32.* ergo intererat venditoris, pactum hipotecæ exprimi in petitione assensus: nam aut Rex denegasset ex solito suæ Cancellariæ in officijs: & venditor permanisset in suo officio. Aut verò annuisset etiam hipotecæ; & venditor fuisset tutus pro pretio. Igitur petitio emptoris omisso pacto hipotecæ, fuit in fraudem venditoris, scilicet vt facilius obtineret assensum, & consequenter officium liberum ab hipoteca. Ergo assen-

sus nullus iudicandus est, nè Rex videatur fouere fraudem & dolum emptoris: sunt enim exprimendæ qualitates, quæ inducerent, vel non inducerent ad consentiendum, *Hofst. in cap. postulasti, extr. de rescript. Abb. in cap. super literis, & in cap. ceterum, eod. tit. Camer. in l. Imperialem fol. 56. col. 4.*

Hæc nullitas contractus initi inter Titium, & Caium, efficit quoque nullum sequentem contractum inter Caium & Sempronium: nam dum Rex assentit deinde venditioni factæ Sempronio à Caio, errat in facto: assentijt enim credens officium fuisse Cai venditoris, cuius verò non erat, sed Titij: non enim ex contractu nullo amiserat Titius titulum sui officij, nec in Caium translatus erat: *arg. l. si pradium C. de prod. minor. & sic tempore assensus dati, officium nõ erat Caij, de quo transferendo à Caio in Sempronium, sentiebat Rex in assensu.* Quo fit, vt dum errauit in facto; deficiat eius consensus alienationi de presenti, & per consequens ruit assensus ex deficientia consensus assentientis: *Dom. de Pont. in tract. de potest. Proreg. tit. de regalibus impos. S. 7. num. 32. & 33.* ad confirmandam hanc nullitatem assensus, citat *And. in cap. moribus, num. 2. si de seu. defun. milit. cont. fit,* dicentem, quòd si Rex concedat Titio feudum Martini, credens eum mortuum, qui viuebat: si postea moriatur Martinus: nec debetur feudum Titio. Pariter, si tempore inuestituræ vacaret feudum non per mortem Martini, sed alio modo: adhuc concessio corruit: ea ratione, quia dum errauit in facto, deficit eius consensus de presenti, etiam ratione circumstantiæ circa rem super qua assentit.


Idque obuenerit ex rigorosissima natura assensus. Hinc *And. in l. Imperialem, sub num. 14.* & in additione dicit, inutiliter confirmari quòd non est alienantis eo tempore, quo fit confirmatio: citat *tex. in l. flicibus seruus meus, ff. de manumiss. testam. & hac de causa dominus non potest assentire post mortem alienantis: quia eo tempore confirmat, quo res est aliena: prout latius reassumpti in mea repetitione d. l. num. 180. cum pluribus seq.* Ex dictis huc vsque patet: primum, & secundum contractum, & assensus Regios super illis datos, nullos esse: & proinde titulum officij adhuc existere pænes Titium. Difficultas est, qua actione auocare possit possessionem officij à Sempronio:

pronio : rei vindicatione : non ; quia hæc actio fundatur super dominio rei , cuius possessio auocatur , & sic requirit dominium ex parte agentis , ff. de rei vind. l. in rem actio. dominium autem officiorum p̄nes Regem esse ; titulum solum administrandi in concessionarium transire , deduximus supra num. 2. possessorijs interdicitis , nec etiam : quia adipiscendæ interdicitum non datur ei qui semel possedit , & possessionem amisit , Inst. de interd. §. sequens diuisio , vers. Itaque. Retinendæ interdicitum datur possidenti ; Inst. eod. §. retinendæ , Recuperandæ interdicitum datur eiecto per vim à possessione , Inst. eod. §. recuperandæ. Remedium can. reintegranda 3. quest. 1. quod possessorium ex omnibus Ciuilibus & Canonici iuris possessorijs remedijs , est magis latum & pingue : cum detur ei qui possessionem amisit ex quocunque iniusta causa , vel dolo aduersarij , etiam contra possidentem , cum titulo & bona fide : prout plenissimè illius materiam prosecutus est Socc. in l. rem qua nobis ff. de acq. posses. Adhuc tamen hoc remedium Can. non datur ei qui possessionem amisit sua culpa , incuria & negligentia , non dolo aduersarij : vt ibidem Socc. docuit num. 8. Gizzarellus decis. 55. In nostra facti specie , Titius amisit possessionem , culpa & negligentia sua : dum tradidit possessionem emptori Caio ante impetratum assensum : debebat expectare assensum , & illius tenorem videre.

Existimo Igitur , agi posse publiciana in rem actione : hæc enim datur ei qui iustum titulum possidendi , sed non dominium rei habet , ff. de publi. in rem act. l. 1. Titius habet iustum titulum possidendi officium ex concessione Regia ; dominium autem non , quia est Regis ; vt dictum est supra num. 2. Hæc actio non est remedium possessorium , sed petitorium : datur enim ad instar rei vindicationis , ff. eod. l. eum qui §. si petenti , vers. in publiciana actione omnia eadem erunt , qua in rei vindicatione diximus . ex quo tex. bene dixit Placentin. in tract. de variatio. actio. tit. de publiciana ; dari hanc publicianam contra quemcunque possessorem : quia rei vindicatio sic pariter datur , ff. de rei vind. l. officium , in fine . Et respectu emolumentorum perceptorum ex officio , fiet eadem distinctio , quæ in rei vindicatione fit : vt in l. Iulianus , & in l. fructus , ff. de rei vind.

81 In libello igitur dicet , se legitimè in-

uestitum à Rege de tali officio : quod deinde vendidit Caio , licet nulliter ; & narrato facto dicet ; proinde reuocans contractum prædictum vt nullum , & à lege reprobatum : petit condemnari Sempromium possessorem dicti officij , ad illud sibi relaxandum cum fructibus seu emolumentis perceptis & qui percipi potuissent ex dicto officio , omni modo meliori .



S V M M A R I V M

- 1 *Argentaria quid sint ? & num. 18.*
Metallorum fodina inuenta in locis priuatorum , num sint Regis , an domini loci ?
Metallorum fodinae sunt in fructu.
Leges codicis in titulo , de metallis & metallarijs , num sint correctæ ? & sub num. 3.
Reges indigent auro , argento , ceterisque metallis , & abundare debent diuitijs . & num. 2.
Reges tempore famis , debent ex proprio granario emere frumenta ad subleuationem populi.
Regis turpe est , à subditis mutuo accipere .
- 2 *Tex. nostri expositio : & defensio aduersus And. & sub num. 3. & num. 18.*
Metallorum fodinas num priuatis personis licuit possidere ?
Tex. in l. 3. §. fin. cum l. 4. ff. de reb. eor. subtiliter expenduntur : & num. 3.
Dictionis , quod , expositio & significatio .
Possideri à nobis omnia possunt , nisi speciali lege prohibitum quid sit .
Cap. Regni , Quia non decet , expenditur . & sub num. 3.
Metallorum fodinae sunt de Regalibus .
- 3 *Cretæ fodinae num sint de Regalibus ?*
Salinae num sint de Regalibus ?
Aluminis fodinae num sint de Regalibus ?

- bus? Quid si inueniantur in locis priuatorum? & num. 4.
- Lapidicina Cotoriae num sint de Regalibus?
- Marmorum Lapidicinae num sint de Regalibus?
- Exceptionis natura qua sit?
- Decisio Affl. 321. discutitur.
- Verba praecedentia num declarentur, vel restringantur ex sequentibus?
- 6 Tex. in l. fin. ff. de tit. vin. & oleo leg. cum.
- 7 Tex. in l. nam quod liquida, ff. de penu. leg. expenduntur subtiliter.
- 8 Clausula in fine posita num referatur ad praecedentia?
- 9 Lapidicinae num sint de Regalibus? Quid si sint lapidum pretiosorum? ibidem.
- 10 Tex. in l. cuncti C. de metall. lib. 11. expenditur.
- 11 Dominus loci prohibere num possit subterraneos fossores metallorum & lapidum?
- 12 Tex. in l. quosdam, C. de metall. lib. 11. expenditur.
- 13 Argumentum à contrario sensu fieri aliquando non potest.
- 14 Marmorum fodinae num sint de Regalibus?
- 15 Lapides pretiosos, marmoraque perquirendi in alieno territorio, licentia est de Regalibus.
- 16 4 Alumen num sit metallum? & quomodo fiat?
- 17 Constitutio Regni, Inter multas, restituitur ex corrupta litera.
- 18 5 Metallorum fodinae in locis infeudatis, num ad feudatarium, an verò ad Regem infeudantem spectent? & num. 6. 8. & ib.
- 19 Clausula, cum iuribus & pertinentijs suis, num includat Regalia? & de eius vi, ibidem in fine, & num. 6.
- 20 Metallorum inuentorum in locis fiscalibus, quota portio debeatur fisco?
- 21 Regalia non transeunt ex verbis generalibus inuestiturae comitatus.
- 22 Regalibus ceteris concessis, reliqua Regalia non dicuntur concessa.
- 23 Clausula, cum omni iure quod Rex ibi habet, num includat Regalia?
- 24 Regalia quid sint;
- 25 Vassalli non includuntur vendito feudo, Castrum à iure quid habeat sibi assignatum?
- 26 Casalia Ciuitatis Neapolis quo tempore separata sint, & cum quibus iuribus vendita?
- 27 6 Metallorum fodinae apparentes in locis concessis tempore cōcessionis, transeunt in concessionarium. & num. tunc aliquid debeatur Regi, qui concessit?
- 28 Baroni ex fodinis priuatorum sistentibus intra districtum Castri, num aliquid debeatur?
- 29 7 Metallorum fodinae in montibus publicis, & demanialibus Castri infeudati, ad quem spectent? & num. 8. 16. & 17.
- 30 8 Metallorum fodina post concessionem Castri, ad quem spectent? & num. 16.
- 31 Publica loca quae sint? & in cuius dominio sint? sub num. 9. & 16.
- 32 Ciuitas omnis habet loca publica.
- 33 9 Ciuitas habet bona multiplicis speciei. & num. 12.
- 34 Successio ab intestato denegatur vniuersitatibus, vt sunt Ciuitates, oppida, villa.
- 35 Tex. in l. 1, C. de vend. reb. Ciuit. declaratur.
- 36 10 Bona demanialia vniuersitatis quae sint, & in cuius dominio? & num. 12. & 14.
- 37 Montes, nemora, pascua, aquae, & decursus aquarum, sunt de Regalibus in Regno nostro, & ex communi forma inuestiturarum sunt Baronum.
- 38 Possidens Regale aliquod, tenetur ostendere titulum.
- 39 Titulus in possessione Regalium allegari debet, & probari possessione temporis immemorabilis.
- 40 Demanialia bona in dubio, cuius sint, Baronis, an vniuersitatis?
- 41 Demanialium bonorum origo, & etymologia.

Consti-

- Constitutio Regni, Dignum, expenditur.
- Demaniale quicquid est, vel appellatur tur demaniale, ad Regem spectat.
- Demanium & dominium in quo differant inter se?
- 11 Demanialia bona vniuersitatum, num vt feudalia ab illis detineantur?
- Feudalis qualitas non presumitur, nisi probetur.
- Demanialia vniuersitatum alienari non possunt sine Regis assensu. & sub num. 12.
- Assensus Regis requiritur in dispositione demanialium vniuersitatis. & sub num. 12.
- Casina quid sit, & num in demanijs vniuersitatum fieri possint sine Regis assensu?
- Cesinantes num acquirant dominium Casine?
- Magdaloni Nobilitas, agrique fertilitas; eiusque demanialia bona cuius qualitatis sint?
- Cesine possessor si deserat culturam per biennium, amittit dominium Cesine?
- Cesine num possint sepibus vallari?
- Cesine dominus num secatis segetibus, prohibere possit animalia ceterorum ciuium sumere pascua siluestria in Cesina?
- Arbores natę in sepibus Cesinarum ad quem spectent?
- Cesine ethymologia.
- Cesine in quibus locis demanijs fieri possint?
- 12 Demanialia vniuersitatum sunt duplicis seeciei, & sub num. 14.
- Dominium demanialium vniuersitatis ad quem spectet? & sub num. 14.
- Creditores vniuersitatum num possint immitti in possessionem demanialium sue debitoricis?
- Cap. Regni, Item quod Iustitiarij, expenditur.
- Vniuersitates Regni num habere possint in communi?
- Collecta vniuersitati imponenda pro satisfaciendis creditoribus, quo casu possit?
- Collecta imponi non potest vniuersitatibus Regni sine Regis licentia.
- Barones num possint impedire eorum vniuersitates volentes vendere fructus earum demanialium?
- Vniuersitates Regni non possunt hipotecare eorum bona demanialia sine Regis assensu.
- Demanialia vniuersitatum non obligantur sine Regis assensu.
- 13 Vniuersitatis destructa demanialia, cui excadant? Quid si iterum erigatur vniuersitas cum licentia Regis? ibidem.
- 14 Vniuersitate destructa, num illius demanialia bona sint Baronis?
- Clausule inuestiturarum, cum planis, Montibus, Aquis, pascuis, angarijs &c. quid operentur?
- Pragmatica 16. tit. de Baronibus, expenditur.
- Baro quod dominium habeat in bonis singularibus Baronie?
- 15 Ciues num possint animalia exterorum capta ad focidam, pascere & aquare in bonis demanialibus feudi?
- Animalium datorum ad focidam, dominium cuius sit?
- 16 Metallorum fodina inuenta in locis publicis, sunt Regis: & que sint loca publica? ibidem.
- Metallorum fodine inuenta in loco, cuius usus fructus est Titij, spectant ad Titium.
- 17 Castro concesso cum argenti fodinis, vel metalli fodinis, num dicatur concessum ius Regale illarum?
- Clausule, cum argenti fodinis, & metalli fodinis, sunt in communi forma inuestiturarum Regni nostri; ac de earum vi.
- Metallorum fodine inuenta in locis vniuersitatum non publicis, cuius sint?
- 18 Argentarij, numularij, & mensarij, qui sint? & sunt bifariam.
- Bancum publicum exercere nemo potest sine Regis licentia, Inqua licentia

- ria in partienda Rex adhibet certam formam.
- Ecclesia. seu loca pia, non possunt exercere mensam publicam sine Regis licentia, & adiecta Regia super reformatione bancorum obseruant.
- 19 Pecuniarum depositio apud mensam publicam. fit duobus modis.
Pecunia depositæ dominium cuius fit?
Usuræ num debeantur deponenti apud mensam publicam, si mensularius non restituat in tempore?
Pecuniam deponens in banco, num possit exigere usuras à bancheriis?
Bancherij hodie non possunt uti pecunijs depositis: nisi usque ad certam summam cum licentia Regis, & ad certam causam.
- 20 Banca hæc publica multum necessaria Reipublicæ.
Libris banchorum publicorum creditur, tam pro eis, quam contra ea.
Bancherij num teneantur exhibere apocam data pecuniæ, subscriptam manu creditoris?
- 21 Debitor deponens in banco pecuniam debitam, illamque offerens creditori: num cuitet moram, si recuset creditor illam accipere?
Debitor num teneatur asportare pecuniam debitam ad domum creditoris?
Pecunia debita in banco deposita, si deficiat mensularius: num sit liberatus debitor?
Creditor num possit recusare pecuniam in banco depositam?
Debitor deponens pecuniam debitam in banco, ad finem ut deleatur seu cassetur instrumentum in margine: debet deponere quoque mercedem notarij.
Expensæ cassationis instrumenti, & quietationis, ad quem spectent?
- 22 Priuilegia pecuniarum in bancis publicis depositarum: cum declaratione num. 24. & 26.
Tex. in l. si hominem, S. Quoties, ff. depof. subtiliter expenditur, & sub num. 24.
- Foro cedere. quid significet?
Creditoribus mensæ publicæ seu banci, quo ordine satisfiat? & num. 24. & 26.
Deponentes pecunias in bancis publicis, quibus creditoribus numularij preferantur? & num. 24. & 26.
Creditores sub fenore non potiuntur priuilegio. Sed num requiratur formalis exactio fenoris? sub num. 23. declarata ut sub num. 26.
Tex. in l. si ventri, S. in bonis, ff. de priuileg. cred. expenditur, & sub num. 24.
Deposita pecunia ob signata, non numerata, prefertur ceteris creditoribus.
Tex. in l. procuratoris, S. planè, ff. de trib. act. discutitur cum alijs SS. sub num. 24. & 25.
Fides de pretio rei venditæ & traditæ, quo casu habita non dicatur?
Creditores banci seu mensæ publicæ, utuntur priuilegio etiam in bonis numularij.
Depositum regulare, & irregulare, quod sit?
Bancherij nostri temporis num aquirentur argentarijs & numularijs in Romanis legibus descriptis?
Actio depositi pro quo deposito debetur?
- 23 Fideiussores dati à bancherijs, seu numularijs in erectione banci, num obligentur in beneficium etiam eorum, qui usuras ex pecunijs depositis perceperunt?
Fideiussionis forma à bancherijs præstanda.
- 24 Creditores hipothecarij numulariorum num preferantur creditoribus depositarijs? & num. 25.
Creditores societatis num preferantur creditoribus sociorum?
Actio de peculio, cuius nature sit?
Actio personalis & Actio hipotecaria) quam habeant naturam?
Pecunia numerata & consumpta, num auocari possit à creditore hipoteca rio?

- Decisio Affl. 190. declaratur, & restringitur in singulari casu.*
Fiscus auocat pecuniam solutam creditori posteriori.
Herede soluente creditori posteriori, datur auocatio, etiam si cum beneficio inuentarij sit heres. Et datur ratio differentie, cur debitore soluente, non detur auocatio?
Debitore decocto soluente creditori posteriori, datur auocatio creditori hipotecario? pariter, si debitor esset grauatus magno gre alieno: nam tunc iudicatur vt decoctus.
- 25 *Creditorum banci seu mensę publicę, num separandi sint à cęteris creditoribus numularij?*
Separatio num facienda sit inter creditores banci, & creditores numularij, ac inter effectus & res banci, ac bona numularij?
Pactum inter socios, de soluendo gre alieno societatis ante omnia, diuisionis tempore: num operetur separationem inter creditores societatis, & creditores proprios sociorum super prelatione inter eos?
Societas duplicis speciei.
Socij quid communicare teneantur?
Actio pro socio, cui competat?
Debitor num obesse possit creditori, non acquirendo?
Dominium bonorum societatis penes quos resideat?
- 26 *Depositores seu depositarij irregulares, num pro pecunijs in banco depositis habeant hipotecam?*
Hipoteca num detur pro pecunijs in banco depositis & numeratis?
Bancherij seu numularij prestant cautionem sub certa forma.
Notarius est seruus publicus; & num ex stipulatione ipsius queratur actio absenti?
Rex num stipulari possit pro subditis suis?
Prelatio inter depositarios seu depositores banci, num detur ex ordine temporis pecuniarum depositarum?
Creditorum pro depositis in banco pecu-

- nij, num potiantur prioritatem temporis pecunię depositę?*
Legatarij num inter eos potiantur prelatione in hipoteca?
Tex. in l. potior, ff. qui pot. in pign. hab. discutitur.
Bancherij seu numularij num cogi possint recipere pecuniam meam in custodiam seu in creditum?
Hipoteca num incipiat in contractibus à die numerationis pecunię, an verò à die conuentionis super numeranda pecunię?
Dotis priuilegia num prescribant sibi vim inter creditores banci super pecunię dotali in banco depositę?
Priuilegium l. Interdum, ff. qui pot. in pign. hab. num prescribat sibi vim inter creditores seu depositores pecuniarum in bancis seu mensis publicis? Quid de alijs actionibus priuilegiatis? vt est actio funeraria, & similes.
Dotis hipoteca num incipiat à die capitulorum matrimonialium, an verò à die contracti matrimonij?
Bancherij seu numularij codices & scriptura conseruari debent in Archiuo Regio, postquam bancum est dimissum.
Scripturę banci seu mensę publicę, habent parem fidem cum scripturis publici notarij.
- 27 *Depositis ex bancarijs cum fide crediti, acquiritur actio etiam tertio absenti in quem fieret dispositio pecunię seu girata d. fidei.*
Deposita penes bancum fiunt triplici modo.
- 28 *Bancum seu numularius, si facta fide crediti, soluat deponenti creditori, non restituta fide, sub pretextu quòd sit deperdita: num teneatur iterum soluere presentanti fidem crediti cum dispositione seu girata in sui beneficium? Item quid si de ordine iudicis numularius soluerit? ibidem.*
- 29 *Creditor Banci si cesserit pecuniam descriptam in fide, vulgo, hauerà girata*

rata la fede ad altri; num possit reuocare cessionem, & exigere pecuniam à banco, vel illam cedere secundo: & quis ex duobus cessionarijs praeferatur?

- 30 Bancum durius obligatur ex fide crediti quam facit.
- 31 Bancum num possit denegare, facere fides crediti deponentibus?
- 32 Bancum si fecerit fides crediti absque solitis verbis, de quali potrà disponere: num facta dispositione per creatorem descriptum in fide, cum girata illius: obligatum sit bancum cessionario, si pecuniam soluerit creditori qui deposuerat & cesserat?

Argentariae.

V Ariè verba hæc interpretati sunt Doctores: communiter tamen interpretantur pro argenti fodinis: quas Principis esse, & sic de regalibus, et si in locis priuatorum sint, existimauerunt *Iacob. Aluar. & Card. Alexand. in hoc tex. prout Afflic. testatur in decis. 321. num. 10.* ea ratione, quia *tex. noster* est posterior legibus Codicis in *tit. de metal. lib. 11.* & directò disponit contra illas leges; dum illis legibus datur decima fisco ex metallis inuentis in locis priuatorum, & alia decima domino loci in quo reperitur vena metalli: reliquum erit inuentoris pro suo labore & expensis. Si verò in locis publicis, vel Principis inueniatur vena metalli: duæ decimæ dantur fisco, & scropuli, de quibus in *l. 1. & l. cuncti C. de metall. lib. 11.* In *tex. autem nostro* non fit hæc distinctio, sed simpliciter Principis esse, & sic de Regalibus: Quo fit; vt dum directò disponit contra præcedentes leges: illas necessariò corrigit, *ff. de legib. l. Sed & posteriores, ibi, nisi contraria sint.* Corroboratur hæc ratio: quia *tex. noster* quando noluit corrigere ius commune Romanorum, sed illius dispositioni stare, expressit, vt fecit in thesauro distinguens, num inueniatur in loco Principis, vel priuati. Ergò, dum in argenti fodinis non distinxit, vt erat de iure Romano: sed simpliciter Principis esse asseuerat: sequitur necessariò, voluisse corrigere. Alij, vt *And. Affl. & Mart. de Laud. in hoc tex. Alciat. in l. inter publica, ff. de verb.*

sign. Zas. conf. 16. nu. 17. vol. 2. existimauerunt, non esse correctas *ll. Romani iuris*: sed decimas illas ex metallis inuentis in loco publico, vel Principis, vel vnam decimam cum scropulis si in loco priuato, esse de Regalibus. Quæ opinio fuit *glo. fin. in d. l. inter publica*, dum exponens *tex.* illum dicentem; *inter publica numerari quod capit fiscus ex metallis*: *glof.* exponit, id est, decima, vt in *d. l. cuncti.* & hanc opinionem veriozem esse, existimauit *Peregr. de Iur. fisci lib. 4. tit. 2. num. 11.* Argumenta huius opinionis sunt; quia iure communi Romano possideri possunt à priuatis hæc fodinæ metallorum, *ff. sol. matr. l. diuortio, § si vir, & ff. de reb. cor. l. 3. § fin. cum l. seq. & concordantib. in glof.* Sunc enim in fructu, *d. § si vir*: & pars fundi: quia intra se terra tenet venas metallorum: argumento *ff. de act. empt. l. fundi nihil, iuncta glof. interlineari.* Quo fit, vt si *tex. noster* corrigeret *ll. C. dantes Principi decimam ex metallis priuatorum loco ve&igalium*, & omnia metalla daret Principi, esset lex iniusta, auferens bona priuatorum sine pretio. Esset quoque iniusta: quia conditor huius legis nostræ ad propriam vtilitatem illam condidisset, non ad publicam: vt in *authen. de iudic. sine quo. suffrag. § ad hæc, & 47. dist. cap. sicut.* Item correctio *ll. noster*, nisi expressim, *C. de appell. l. præcipimus*: præcipue vbi talis iniustitia oriretur ex ea: comprobatur: quia *tex. noster* in fine loquens de thesauro, distinguit vt est de Iure Romano: ergò, præcedentia de argentarijs determinari & declarari debent ex subsequentiibus, vt similiter in argentarijs fiat distinctio, vt est de Iure Romano. Argumenta hæc faciliter soluentur, præmissis his quæ scribit *Sanct. Thomas lib. 2. de Regim. Princip. cap. 7.* scilicet Reges, & quoscumque dominantes qui multitudinem regunt, indigere auro, argento, cæterisque metallis; sine quibus non potest congruè & oportuè regimen exerceri: Auro, & argento ad numismata constanda pro stipendijs militum, ad arcendos hostes: ac etiam famis tempore ad subleuationem populi, emendo frumenta de publico erario Regnantium: sicut fecit Rex Aegypti ex persona Iosephi, *Genesis cap. 41.* comparatur enim Regis erarium stomacho, vt sicut in stomacho recipiuntur cibi, & deinde diffunduntur ad membra: ita erarium Regis repletur pecunijs collectis ex tributis subditorum, vt deinde diffundatur pro

Y 2 necel-